Digitized by Google

Digitized by Google

<36608309660012

<36608309660012

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

<36608309660012

<36608309660012

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Ling. Lat. 1402.
4°
Polygl. 42

Ling. Latina,
Lexica,
Pg. 434.

Digitized by Google

LEXICON
LATINUM
INTERPRETATIONE
ILLYRICA, GERMANICA, ET HUNGARICA
LOCUPLES,
IN USUM POTISSIMUM
STUDIOSÆ JUVENTUTIS
DIGESTUM,
AB

ANDREA JAMBRESSICH,
SOCIETATIS JESU SACERDOTE,
CROATA ZAGORIENSI.

Cum Privilegio Sacræ Regiæ Majeſtatis, & Superiorum Permiſſu.

ZAGRABIÆ,
Typis Academicis Societatis JESU, per Adalbertum Wilh. Weſseli
Anno 1742.

Digitized by Google

FACULTAS
R. P. PROVINCIALIS.

EGo infrà ſcriptus, SOCIETATIS JESU per Provinciam Auſtriæ Præpoſitus Provincialis, poteſtate mihi facta, ab Admodùm Reverendo Patre noſtro FRANCISCO RETZ, Præpoſito Generali, Facultatem concedo; ut *Lexicon Latinum Interpretatione Illyrica, Germanica, & Hungarica locuples*, *à P. Andrea Jambreſſich*, *è Societate JESU, digeſtum*, atque à tribus memoratæ Societatis Patribus de more reviſum, & approbatum, typis mandetur. In quorum fidem manu mea ſubſcripſi, & conſvetum Officii Sigillum appreſſi. Jaurini, 4. Octobris, Anno 1741.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

L.S.

Antonius Vanoſſi, S.J.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO,

& DECLARATIO OPERIS.

Pia in Patriam ſtudia *Franciſco Suſſnik S. J. Presbytero*, fractas alibi Apoſtolicis laboribus vires, Zagrabiæ curanti, ſvadebant; Lexicon quodpiam *Habdelichiano* vetuſtate abſumpto ſufficeret; è quo major, atque ex illo, ad Studioſam Illyricæ nationis Juventutem utilitas dimanaret. Monenti pietati, utut valetudine uteretur conſtanter afflicta, facilis paruit vir alioquin optimus, ac ſuapte naturâ ad litterarum humaniorum cultum perquam propenſus. Et verò ad An. uſque 1739. moleſtiſſimum opus eo perduxit, ut & Indicem Croaticas voces ſerie alphabetica exhibentem, quem cum ſubjectis Indiculis, ſumptibus parſurus, retinui; & Initium aliquod ipſius Lexici latini, typis ad id comparatis, me adjutore, excuſum videre meruerit. Cœptos hac ratione labores, quibus in lucem edendis, Inclyti Croatiæ Status, & Ordines, ſuam Symbolam, anno ſuperiore, liberaliter addixerant, primùm diſſolutio nervorum, tum mors ipſa abrupit. Sublato è vivis Authore, propius ab interitu abfuit ejuſdem partus: quippe complures inventi ſunt, qui huic maxima parte imperfecto novam quandam formam inducendam, pro ſuo quiſque genio, cenſerent; nemo unus, qui labori moleſtiarum pleniſſimo, oneríque uſque adeò obſcuro humeros ſupponere vellet. Ego, ſeu honeſto cariſſimæ Patriæ amore, ſeu ſvavi Majorum imperio, ſeu importunis Amicorum precibus, ſeu Viri operæ huic immortui, & de me optimè meriti, memoriâ, denique victus; nequicquam repugnante Peripato, cui etiamtum præeram; laborem proſequendum eo libentiùs ſuſcepi, quo clariùs perſpiciebam, me ſic maximo quidem meo impendio, quæſtu minimo, plurimorum commodis ſervire poſſe. Proinde opus extemplo adortus, deeſſe utiliora multa, redundare non pauca, limanda magno temporis diſpendio pleraque omnia, animadverto. Ergo viam à priore longè diverſam ineo, opus novum molior; ur-

gente interea typographo, & laborem prælo ſubjiciendum identidem expoſcente, nî otium ejuſdem carô redimere malim. Talibus conſtricto anguſtiis, variiſque aliis curis preſſo, cùm elucubratio novi Lexici, tum errorum à Typotheris commiſſorum emendatio, uni mihi incumbebat. Unde non mirum, quòd initio præſertim (ſi primas philyras, aliáſque nonnullas excipias, quas correctas denuo excudi feci.) multa vocabula deſiderentur; quorum ſupplementum idcirco ultimùm adjeci: quòd nonnulla relicta minus probè, ac volebam, elaborata: quòd non omnes typographici errores expuncti. Et vel ideo his, æqui rerum arbitri, ſpero, facilè ignoſcent. Hæc hactenus: nunc ad novi operis declarationem, amice Lector, mecum digredere; quídque labore meo, commodorum tuorum ſtudioſus, præſtiterim; paucis accipe.

1. Singulis Vocabulis notas quantitatum idcirco ſuperimpoſui, ut & Poëtici ſtudii Alumnis velificarer.

2. Voces Synonymas adjeci, quo expeditiorem haberes verborum copiam.

3. Nec Syntaxim meliorem, nec Phraſes ſelectiores ſuis locis deeſſe paſſus ſum. Auctores deinde his ſubjunxi, ut inter Verborum uſus promptè diſcerneres: alii enim Oratoribus, Hiſtoricis alii, alii Poëtis ſunt proprii.

4. Vocibus græcis æquè, ac latinis ſuos Scriptores latinos appoſui; quorum Auctoritas quàm varia eſt, & ambigua, tam ſolicitum me ſemper tenuit. Id nihilominus conſilii cepi, ſecutúſque ſum, ut quoties optimi adeſſent, eos producerem; tum ad bonos delaberer; denique ne deterioribus quidem abſtinerem, ut totam, quanta eſt, latinitatem complecterer. Ipſa enim illa, quæ uſurpare dicendo minimè convenit, tamen legendo intelligere oportet: alioqui multa utilibus cæterà libris inſperſa ignorabimus.

5. Quaſdam latinas nullius auctoritate munivi, quia nulli uſitatas reperi; quin propterea velim, barbaras continuò exiſtimes. Cenſeo enim illas, compluréſque alias & *derivatas*, & *compoſitas* perinde latinas eſſe, atque ſunt eæ, quæ, ſervatis iiſdem *derivationis*, & *compoſitionis* legibus, apud *Cæſarem*, *Ciceronem*, *Livium*, alióſque *aureæ ætatis* Heroës inveniuntur. Et ſanè, quid vetat credere, ipſum quoque *Ciceronem* uſurum fuiſſe ejuſmodi vocibus, ſi argumenta, de quibus is ad poſterorum memoriam ſcripſit, earum uſum poſtulâſſent; quando par pro illis, atque pro uſurpatis, pugnat ratio. Quin immò uſum etiam iis fuiſſe, negare quo teſte auſis? Idem dictum volo de aliis ſimilibus, etiamſi eas non niſi ab ignobiliore quopiam Auctore adhibitas fuiſſe conſtet; modò unà certum ſit, earum *primigenias* (ſeu *primitivas*, & *ſimplices*) apud aliquem aureæ ætatis Auctorem reperiri.

6. Græcas nonnullas addidi, quas non latini cujuſpiam Scriptoris, ſed vulgi duntaxat uſus commendat, dignas vel ideo, quæ Latiô proſcribantur.

7. Barbaras, quibus verè latinas ſurrogatas paſſim leges, crucis † Græcas ſtellæ * ſignô notavi; ne à minus peritis pro latinis haberentur.

8. Antiquas, quas hodie Uſus reſpuit, per *Obſol. Inus. Antiq.* ab uſitatis dignoſces.

9. Non paucas deprehendes huic Operi ſine Barbararum nota † inſertas, non quòd eas Latinis accenſeam; ſed quòd Scientiarum Profeſſores ſuis

eas

eas donârint Civitatibus. Hinc per *Theol.* Theologi, per *JCti.* Juris conſulti, per *Phil.* Philoſophi, per *Phyſ.* Phyſici, per *Math.* Mathematici, per *Geog.* Geographi, per *Aſtr.* Aſtrologi, per *Chym.* Chymici, per *Eccl.* Eccleſiaſtici, per *Hiſt.* Hiſtorici, per *Med.* Medici, per *Gram.* Grammatici intelligendi ſunt, & quidem ii potiſſimùm; qui inter linguæ latinæ Auctores neutiquà numerantur.

10. Derivatas, & Compoſitas multas, brevitati conſulturus, prætermiſi; ſiquidem perſuaſum habeo, ut ipſas è Primigeniis, ita pariter earum notiones, è notionibus Primigeniarum, formari à quolibet facilè poſſe, præſertim ſi ſibi alias ſimiles, ab hoc Lexico ubertim ſuppeditatas, in exemplum proponat.

11. Verbis, præcipuè ſimplicibus, Præteritum, & Supinum, ſi quod habent; Nominibus verò Genera, Inflexionem per caſus, aliáque id genus, è Grammaticis petita, annexui.

12. Notionum, & Uſuum varietatem, in vocibus fertilioribus, per numeros Arabicos diſtinxi: ad quos, ubi unam pro alia per *V. Syn. pro* citatam *legeris*, bene advertas, neceſſe eſt; ſi proprietates ſingularum, & translationes per *Transl. Metaph. Meton. &c.* notatas intelligere velis.

13. Regionum, Urbiúmque celebriorum, annexa brevi deſcriptione, nomina inſerui. Hungaricis, & Illyricis cùm recenſendis, tum & deſcribendis pluſculum tribui: Illyrorum enim, & Hungarorum cumprimis gratiâ, labor iſte à me ſuſceptus.

14. Subſtantivis germanicis articulos præfixi: per r. *der*, per e. *die*, per s. *das* deſignando: contra hos enim Illyri, & Hungari, germanico ſermone utentes, plurimum peccare ſolent.

15. Uſus verborum frequentiores, Illyricè, Germanicè, & Hungaricè eo fine reddidi; ut has linguas diſcere volentes moleſtiâ levarem.

16. Orthographiam Illyricam, Germanicam, & Hungaricam ad calcem attexui; ne quid ad utilitatem emendatè ſcribere, & expeditè hoc, aliúdve ſimile opus, legere cupientium, omiſſum ſuccenſeas.

17. Scito præterea, multas eſſe voces Illyricas, quas Illyrorum alii per *e*, alii per *a*, præſertim in ultima ſyllaba, efferunt. e. g. *Mladenecz*, & *Mladenacz*; *Verbovecz*, & *Varbovacz*. Multas item, quæ ab aliis cum *i*, cum *e* ab aliis, ab aliis cum *ie* enunciantur, ut: *Vera, Vira, & Viera*. Atque his rectè ſcribendis adhibent Illyri certas diphtongos, ex alphabeto Cyrilliano, aut Hieronymiano deſumptas, quas idcirco indifferentes nominant. Adverte præterea, Conſonanti *l* in fine, quam multi Illyrorum uſurpant, ſubſtitui ab aliis Vocalem *o*. ut: *poſzao*, pro *poſzal*; *Iſſao* pro *Iſſel*, aut *iſſal*; *chuoſzem* pro *chuſzem*; id quod frequentiſſimum eſt in verbis præteriti temporis.

18. En tibi ad extremum *Ætates quatuor*, in quas Scriptores latini ab eruditis diſtribuuntur. Prima optimos numerat, dignóſque, quos aliæ omnes in exemplum ſibi proponant. His enim Romanæ literæ debent, ac Eloquentia imprimis, quòd ad ſummum pertigerint. Jure igitur optimo *Aurea* dicitur: Quemadmodum enim Aurum cæteris metallis, ita hæc ſecutis Ætatibus, ingenio, nitore, & auctoritate præſtat. Ut proinde certum ſit apud Latinos, Scriptorem nullum, qui ab *Aurea Ætate* Latinitatem non mutue-

 tur,

tur, Latinis accenſendum eſſe. *Auream* excepit *Argentea*, à bonitate Scriptorum id nominis indepta; ſed qui à veteri illo nitore nonnihil remiſiſſe, vocéſque nonnullas ſuperioribus illis Heroibus inuſitatas Romana Urbe excepiſſe ſunt notati;& vel ideo quo ad latinitatem non niſi cautè,præſertim Tyronibus, imitandi. Tertia prioribus auctoritate inferior, dicta idcirco *Ænea*. Voces habet proprias non paucas, tum ſolùm, & quidem cum delectu, atque à viris duntaxat de foro Romano diu, multúmque meritis adhibendas; cùm eas argumenti ratio poſtulârit, cui ſuperiorum neutra proſpexerit. Succeſſit denique *Ferrea*, *Lignea*, ſeu *Lutea*, honeſtiore cognomento omnino indigna. Tota enim hac ætate, ea Romanis literis dominabatur barbaries, ut nemo ferè Scriptorum fuerit, ſi pauculos diligentiores aureorum auctorum imitatores excipias, qui non ferrum, lignum, aut lutum loqueretur, próque latino ſermone venditaret; aut qui ſtyli cauſa legi mereatur. *Ætas aurea* ducentis plures, qui Chriſti ortum præceſsêre, annos complexa, deſinit in Annum Chr.14. Hanc ſecuta *Argentea*,excurrit ad A. uſque 117. Ab hoc deinde ad A. pene 400 *Ænea* producitur. Tempus reliquum *Ferrea* occupat, deſinens in A.C.1500; quo tandem lingua Romana denuo excoli, & Cicero, aliíque primi Scriptores, è tenebris protracti, venerationi eſſe cœperunt.

Scriptores ætatis aureæ.

Andronicus, *Nævius*, *Cæcilius*, *Ennius* Poëta Latinorum antiquiſſimus, *Pacuvius*, *Attius*, *Lucilius*, *Turpilius*, *Afranius*, *Cornelius Siſenna*, *Nigidius Figulus*, *Decius Laberius*, *Verrius Flaccus*, quorum pauca fragmenta extant. *Accius Plautus*, *Terentius Afer*, *Portius Cato*, *Lucretius Carus*, *Valerius Catullus*, *Sirus*, *Julius Cæſar*, *Cornelius Nepos*, *M. Tullius Cicero*, *Sex. Aurelius Propertius*, *Salluſtius Criſpus*, *Varro*, *Tibullus*, *Virgilius*, *T. Livius*, *Manilius*, *Vitruvius*, *Ovidius*, *Horatius Flaccus*, *Pedo Albinovanus*, *Gratius Faliſcus*, *Phædrus*, *Cornificius*, cui nonnulli tribuunt libros quatuor Rhetoricorum ad Herennium. *Aulus Hirtius*, vel *Oppius*, quorum alteruter Cæſaris Commentarios ſupplêſſe creditur. *Cornelius Severus*, cui adſcribitur Carmen de Ætna. Prioribus annumerandi veniunt quatuor Juriſconſulti: *Mutius Scævola*, *Alfenus Varus*, *Antiſtius Labeo*, & *Maſurius Sabinus*. Etſi autem recenſiti omnes ſummæ ſint auctoritatis, cùm vocibus uſi fuerint duntaxat verè latinis; ſupra cæteros tamen eminent,(præcipuè ſi Syntaxim, & uſus verborum ſpectes:) *Cicero*, Oratorum princeps. *Julius Cæſar*, *T.Livius*, *Cornelius Nepos*, *Salluſtius*, Hiſtorici. *Plautus*, *Terentius*, *Lucretius*, *Virgilius*, *Horatius*, *Catullus*, *Tibullus*, *Propertius*, *Ovidius*, Poëtæ. *Phædrus* Fabularum; *Vitruvius* Architecturæ; *Cato*, & *Varro* rerum aliarum, præſertim ruſticarum, Scriptores optimi.

Ætatis argenteæ.

Excellunt *Curtius Rufus*, *Vellejus Paterculus*, *Valerius Maximus*, *Petronius Arbiter*, *Pomponius Mela*, *Tacitus*, *Annæus Florus*, *Plinius major*, Hiſtorici. *Annæus Seneca* Pater, & Filius, uterque Philoſophus, & Orator celebris. *Annæus Lucanus*, *Perſius Flaccus*, *Junius Juvenalis*, Poëtæ. *Plinius junior*, Scriptor epiſto-

epiſtolarum, & Orator. *Julius Hyginus* Fabularum Scriptor. *Celſus* Medicus Rom. *Suetonius Tranquillus* Rhetor Rom. ſcripſit vitas Imperatorum à Julio Cæſare ad Domitianum. *Fabius Quintilianus*, Rhetor, & Grammaticus. Hos ſequuntur *Scribonius Largus, Junius Columella* Scriptor rei ruſticæ, *Aſconius* Grammaticus, *Silius Italicus* Poëta, *Valerius Flaccus, Papinius Statius* Neapolitanus Poëta, *Valerius Martialis* Poëta, *Julius Frontinus* Hiſtoricus.

Ætatis æneæ.

Cæteris præſtant *Aul. Gellius* Romanus, ſcripſit noctium Atticarum libros XX. *Julius Solinus*, Grammaticus Romanus, ſcripſit collectanea rerum memorabilium &c. *Juſtinus* Hiſtoricus. *Palladius*, ſcripſit de re ruſtica. *Claudius Claudianus* Poëta eximius. Memoriâ etiam digni *Licinius Proculus*, *Neratius Priſcus*, *P. Juvencius Celſus*, *Priſcus Jabolenus*, *Domitius Ulpianus*, *Herennius Modeſtinus*, *Salvius Julianus*, *J. Cajus*, *Calliſtratus*, *Æmilius Papinianus*, *Julius Paulus*, *Sex. Pomponius*, *Venulejus Saturninus*, *Ælius Martianus*, *Ælius Gallus*, Juriſconſulti, quorum fragmenta in Digeſtis. *L. Apulejus*, *Septimius Tertullianus*, *Serenus Sammonicus*, *Cenſorinus*, *Cæcilius Cyprianus*, *Julius Calpurnius*, *Aurelius Nemeſianus*, *Ælius Spartianus*, *Julius Capitolinus*, *Ælius Lampridius*, *Vulcatius Gallicanus*, *Trebellius Pollio*, *Flavius Vopiſcus*, *Cælius Aurelianus*, *Flavius Eutropius*, *Rhemnius Fannius*, *Arnobius Afer*, *Cælius Lactantius*, *Ælius Donatus*, *Commodianus*, *Vettus Juvencus*, *Julius Firmicus*, *D. Hilarius*, *Fab. Marius Victorinus*, *Pompejus Feſtus* inſignis Grammaticus, *Feſtus Avienus* Poëta, *Ammianus Marcellinus*, *Vegetius Renatus* in re militari præcipuus, *Macrobius*, *Symmachus*, *Magnus Auſonius*, *Aurelius Victor*, *D. Ambroſius*, *Marcellus Empiricus*, *Proba Falconia*, *Priſcianus*, dictus ab aliis *Octavius Horatianus*.

Ætatis ferreæ.

Servius Honoratus, *Rutilius Numatianus*, *D. Hieronymus*, *D. Auguſtinus*, *D. Damaſus*, *Rufinus*, *Sulpicius Severus*, *Paulus Oroſius*, *Cælius Sedulius*, *Paulinus Nolanus*, *Codex Theodoſianus*, *Dracontius*, *Salvianus*, *Petrus Chryſologus*, *Proſper Aquitanicus*, *Martianus Capella*, *Paulinus Petrocorius*, *Claudianus Mamertus*, *Sidonius Apollinaris*, *Plinius Valerianus*, *Latinus Pacatus*, *Claudius Mamertinus*, *Nazarius*, *Eumenius*, ſeculi quinti. *D. Fulgentius*, *Alcimus Avitus*, *Orientius*, *Ennodius*, *Manl. Severinus Boëthius*, *Priſcianus* Grammaticus, *Nonius Marcellus*, *Diomedes*, *Juſtiniani Inſtitutiones*, *Juſtiniani Codex*; *Arator*, qui ſcripſit Hiſtoriam Apoſtolicam, ſeu de vita Pauli Libros II carmine epico: *Jornandes*, *Aurelius Caſſiodorus*, *Creſconius Corippus*, *Venantius Fortunatus*, *Gregorius Magnus*, *Gregorius Turonenſis*, Seculi Sexti. *Iſidorus Hiſpalenſis*, *Eugenius Toletanus*, *Drepanius Florus*, *Marculphus*, *Anonymus Ravennas*, Seculi Septimi. *Aldhelmus*, ſeu *Adelhelmus*, *Beda*, *Flaccus Alcuinus*, *Paulus Diaconus*, Seculi octavi. *Rabanus Maurus*, *Freculphus*, *Eginhardus*, *Strabus Gallus*, *Aimonius*, *Theodulphus Aurelianenſis*, Seculi noni, &c.

Ætatis incertæ.

Terentianus Maurus, *Minucius Felix*, *Soſipater Chariſius*, *Æmilius Macer*, *Meſſala Corvinus*, *Vibius Sequeſter*, *Jul. Exſuperantius*, *Jul. Obſequens*, *L. Ampelius*, *Apicius* in re coquinaria princeps, *Cen[illegible]*, [illegible], [illegible] Auctor Notitiarum, *Jul[illegible]* *[illegible]*; [illegible], quæ alii ad Auguſti, alii ad [illegible] [illegible]

ætatem referunt. *P. Victor de Regionibus Urbis Romæ. Vegetius de re veterinaria. Auctores Priapeorum. Auctores Catalectorum*, quæ Virgilio, & Ovidio tribui ſolent. *Auctor Elegiarum*, quæ Cor. Gallo attribuntur. *Auctor Orationis Salluſtii in Ciceronem, & Ciceronis in Salluſtium: item illius* Antequam Cicero iret in exilium. *Auctor Epiſtolæ ad Octavium*, quæ Ciceroni tribuitur. *Auctor Panegyrici in Piſonem*, quem alii Statium, alii Lucanum putant. *Declamationes*, quæ tribui ſolent Quintiliano; *item* quæ Porcio Latroni; *item* quæ Calpurnio Flacco. *Interpres Irenæi. Interpres Daretis Phrygii, & Dictyos Cretenſis. Catonis Diſticha moralia. Scholiaſtæ veteres. Gramatici antiqui. Rhetores antiqui. Medici antiqui. Rei agrariæ Scriptores. Catalecta Petroniana, & Errores Venerei*, qui cum Petronio edi ſolent. *Pervigilium Veneris cum variis opuſculis*, quæ inſcribuntur *Baudii Amores. Poëmatia, & Epigrammata vetera*, à Pithæo, & Almelovenio collecta. *Fragmenta Hiſtoricorum* collecta ab Auguſtino & Riccobono. *Monumenta Antiqua*, à Georgio Fabricio collecta. *Faſti Conſulares. Inſcriptiones veteres. Legum antiquarum fragmenta. Notitia dignitatum utriuſque Imperii*; et cæteri hujuſmodi Scriptores, quorum alii, ſpectata ſcribendi ratione, ætati etiam aureæ annumerari, alii contrà infra ferream detrudi merentur. Atque hæc de Lexico noſtro, quod unum plurium aliorum inopiam ſarciet. Utere igitur, candide Lector, labore tuis commodis devoto; lividum verò Momorum gregem in prurientem poſt ſolis ortum ſale lacum vindex compelle: vel, ſi mavis, inſulſos Erythræis committe gurgitibus ſallendos; ac tum vale.

A.

INDICULUS

PARTICULARIS NOMINUM, QUORUM SIGNIFICATIONEM QUÆRE IN CORPORE.

ARBORUM

A.

Abellina.
Abiecula.
Abiegnus.
Abietarius.
Abſegmen.
Acacia.
Acapna.
Acer.
Acernus.
Acmotheton.
Æſculetum.
Æſculus.
Alnetum.
Alneus.
Alnus.
Amygdalum.
Amygdalus.
Avellana.

B.

Betula.
Betuleus.
Betuletum.
Buxetum.
Buxeus.
Buxus.

C.

Carpineus.
Carpinus.
Caſtanea.
Caſtanetum.
Cataſta.
Cedreus.
Cedrus.
Ceraſus.
Cerreus.
Cerrus.
Cornus.
Cornum.
Corylus.
Cotoneum.
Cupreſſeus.
Cupreſſus.

F.

Fageus.
Fagicola.
Faginetum.
Fagus.
Fagutal.
Ficaria.
Ficarius.
Ficetum.
Ficus.
Fraxinetum.
Fraxineus.
Fraxinus.

G.

Galla.

I.

Ilicetum.
Iligneus.
Ilex.
Juglans.
Juniperus.

L.

Laureus.
Laurus.
Liguſtrum.

M.

Malum.
Malus.
Meraſus.
Meſpilum.
Meſpilus.
Morus.

N.

Nucetum.
Nuceus.
Nux.

O.

Olea.
Oleaſter.
Ornus.
Oxycantha.

P.

Palma.
Perſicum.
Perſicus.
Pinaſter.
Pineus, Pinealis.
Platanus.
Pomarium.
Pomus.
Populetum.
Populeus.
Populus alba.
Populus nigra.
Prunus.
Prunus ſylveſtris.
Pyrus.

Q.

Quercetum.
Querceus, Quercinus.
Quercus.

R.

Ramus.
Roboreus.
Robur.
Rubetum.
Rubus.

S.

Salicetum.
Saligneus.
Salix.
Sambuceus.
Sambucus.
Sicomorus.
Siler.
Sorbum.
Sorbus.
Suber.

T.

Taxeus.
Taxus.
Tilia.
Tiliaceus.
Tilietum.

V.

Vepres.
Vepretum.
Viburnum.
Ulmus.

AVIUM.

A.

Acalanthis, & Acanthis.
Accipiter.
Acredula.
Aëdon.
Alauda.
Alcedo.
Ales.
Anas.
Anatarius.
Anaticula.
Anſer.
Anſerinus.
Apiaſter.
Apus.
Aquila.
Aquilinus.
Ardea.
Aſio.
Attagen.
Aviarium.
Aviarius.
Avis.

B.

Bonaſa.

Bubo.

C.

Calidris.
Capo.
Caprimulgus.
Carduelis.
Caſſita.
Cataracta.
Cenchris.
Chlorion.
Chloris.
Cicinula.
Ciconia.
Citrinula vel Citrinella.
Ciris, vel Cirrhis.
Columba.
Columbus.
Cornix.
Corvus.
Coturnix.
Coccyx.
Cuculus.
Curruca.
Cygnus.
Cypſelus.

F.

Falco.
Ficedula.
Frigilla & Fringilla.
Fulica.
Fulix.

G.

Galgulus.
Galbula.
Gallina.
Gallinarium.
Gallus Gallinaceus.
Gallus indicus.
Graculus.
Grus.
Gryphus.

H.

Haliæetus.
Helicabum.
Herodius.
Hirundo.

I.

Icterus.

L.

Linaria.
Livia.
Luſcinia.
Luteola.

M.

Mergus.
Merops.
Merula.
Milvus.
Monedula.
Motacilla.

N.

Nicticorax.
Niſus.
Noctua.
Nucifraga.

O.

Onocrotalus.
Ortygometra.
Ortyx.

P.

Palumbes.
Parix.
Paſſer.
Pavo.
Perdix.
Phaſianus.
Philomela.
Phœnix.
Pica.
Picus.
Picus viridis.
Pipio.
Pirhila.
Pſittacus.

R.

Regulus.
Rubecula.
Ruſticula.
Ruſticilla.

S.

Struthio.
Struthiocamelus.
Sturnus.

T.

Tymallus.
Trochilus.
Turdela.
Turdus.
Turdus Pilaris.
Turtur.

V.

Veſpertilio.
Vivago.
Ulula.
Upupa.
Vultur.

PISCIUM.

A.

Acus.
Alburnus.
Alex.
Angvilla.
Antacæus.
Aſper.
Aſtacus.

B.

Balæna.
Brama.
Branchiæ.

C.

Cammarus.
Cancer.
Caniſmarinus.
Capito.
Carpio.
Carrax.
Caſtor.
Cete vel Cetus.
Congrus.

D.

Delphin.
Dentex.

F.

Fundulus.

G.

Gobius.

H.

Halex.
Huſo.

L.

Lampreda.
Lampetra.
Limax.
Loligo.
Lucioperca.
Lucius.

M.

Mugil.
Mullus fluviatilis.
Muræna.

O.

Oſtreum.

P.

Paſſer.
Phoca.
Polypus.

R.

Rhombus.

S.

Salmo.
Salpa.
Sarda.
Sargus.
Scomber.
Sepia.
Solea.
Sturio.

T.

Teſtudo.
Thunnus.
Tinca.
Torpedo.
Trutta.

AD EQUI APPARATUM SPECTANTIUM.

Antilena.
Avena.
Camus.
Capiſtrum.
Cordum.
Ephipium
Fimus.
Fœnum.
Frenum.
Frontale.
Gomphus.
Habena.
Helcium.
Lupatum.
Phaleræ.
Poſtilena.
Solea.
Stabulum.
Stapes.
Stramen.
Strigil.

AD DOMUM SPECTANTIUM.

Abacus.
Ædificium.
Ambitus.
Antæ.
Arena.
Aſſer.
Baſis.

Calx.

Calx.
Candela.
Candelabrum.
Cardo.
Cataracta.
Catinus.
Cellarium.
Cervical.
Cimex.
Clavis.
Clavus.
Cochlear.
Columna.
Conclave.
Crates.
Cribrum.
Culcitra.
Culter.
Cupediæ.
Diſcus.
Ellychnium.
Emunctorium.
Epiſtylium.
Familia.
Feneſtra.
Ferculum.
Flabellum.
Fornax.
Fulcinula.
Gradus.
Granarium.
Horreum.
Janitor.
Janua.
Imbrex.
Intercolumnium.
Laqueare.
Latta.
Lectus.
Limen.
Lychnus.
Maluvium.
Mappa.
Menia.
Murus.
Muſcarium.
Orcheſtra.
Palatium.
Patina.
Penuarium.
Pila.
Peſſulus.
Poculum.
Podium.
Poſticus.
Poſtis.
Pulex.
Pulvinar.
Roſtrum.
Soccus.
Scabellum.
Scamnum.
Scandula.
Scopæ.
Sedes.
Sedile.
Sella.
Sera.
Sirrhus.
Tabulatum.
Tegula.
Tignum.
Trabs.
Turris.
Valvæ.
Vannus.
Vectis.
Ventilabrum.
Vinum.

AD CULINAM PERTINENTIUM.

Ahenum.
Batillum.
Butyrum.
Cacabus.
Caldarium.
Caminus.
Coculum.
Colum.
Cinis.
Coquus.
Cos.
Farina.
Favilla.
Focus.
Follis.
Fomes.
Fuligo.
Furnus.
Hydria.
Ignis.
Ignitabulum.
Lebes.
Lixivium.
Mola.
Mortarium.
Olla.
Operculum.
Ovum.
Piſtillum.
Piſtrinum.
Præfurnium.
Pruniceps.
Rutabulum.
Sal.
Sartago.
Scaphium.
Scintilla.
Silex.
Siliquæ.
Situla.
Titio.
Torris.
Tudicula.
Veru.

VESTIMENTORUM.

Baltheus.
Calceus.
Galigo.
Galopodium.
Capucium.
Chlamys.
Chirotheca.
Cingulum.
Colare.
Cothurnus.
Cyclas.
Fibula.
Galerus.
Holoſericum.
Induſium.
Interula.
Ocrea.
Pallium.
Pannus.
Pelliceum.
Penula.
Perizoma.
Pero.
Petaſus.
Pileolus.
Pileus.
Plica.
Soccus.
Tibiale.
Tunica.
Veſtis.
Udo.

INSECTORUM.

Amphisbæna.
Angvis.
Apis.
Araneus.
Aſilus.
Aſpis.
Baſiliſcus.
Blatta.
Boa.
Bombix.
Bruchus.
Bufo.
Coluber.
Cicada.
Cimex.
Crabro.
Culex.
Curculio.
Cynips.
Cynomya.
Draco.
Eruca.
Formica.
Fucus.
Grillus.
Ips.
Lacerta.
Lens.
Limax.
Locuſta.
Lumbricus.
Midas.
Muſca.
Papilio.
Pediculus.
Pulex.
Rana.
Scarabeus.
Scorpio.
Tabanus.
Teredo.
Teſtudo.
Tinea.
Vermis.
Veſpa.

Digitized by Google

INFIRMITATUM, & MORBORUM.

Albugo.
Alopecia.
Angvina.
Anorexia.
Apoplexia.
Apoſtema.
Aphthæ.
Arthritis.
Aſtma.
Cachexia.
Calculus.
Cancrena.
Carbunculus.
Carcinoma.
Cardiaca.
Cardialgia.
Chatharrus.
Cæcitas.
Cephalæa.
Chiragra.
Colicus dolor.
Deliquium.
Dyſenteria.
Elephantiaſis.
Epilepſia.
Epiphora.
Eryſipelas.
Febris varia.
Gangræna.
Glaucoma.
Gravedo.
Homorrhois.
Hemiplexia.
Hernia.
Hydrops.
Icterus.
Iſchſos.
Lepra.
Lethargus.
Lippitudo.
Lunaticus.
Mania.
Mutus.
Nauſea.
Ophthalmia.
Paralyſis.
Phagedæna.
Peſtis.
Phyneſis.
Phthiſis.
Pituita.
Pleuritis.
Podagra.
Porrigo.
Prurigo.
Puſtula.
Ruga.
Scabies.
Spaſmus.
Sternutatio.
Struma.
Surditas.
Tuſſis.
Tympanites.
Variolæ.
Vermina.
Verruca.
Vertigo.
Veternus.
Vibex.

NOMINA HERBARUM USITATIORUM.

A

Abrotonum, & Abrotanum, i, n. Bosje drévcze. Stabvvurtz, Iſten fája.

Abſynthium, ii, Pelinek, Wermut, Fejér üröm.

Acetoſa, æ, f. Kiſzelicza, Sauer-Ampffer, Sóſka

Althea, eæ, f. Szlez béli, Ibiſch-Kraut, Szélezfü névü.

Amaracus, i, m. Majorèn, Mojoran, Majoránna.

Anethum, i, n, Koper, Dill, Kapor.

Angelica, æ, f. Angelika, S.Jo.B. Wurtz, Angyelika fü,

Anguria, æ, ſ. Gêrchka, Waſſer-Mellónen. Görög dinnye.

Aniſum, & Anicetum, i, n. Anis, Aneis Anis.

Anſerina, æ, Guſzecha Trava, Ganſz-kraut, Vad Varaditz.

Aphace, .es, f. Divja lecha, Wilde Linſen, Vad lentſe.

Apium, ii, n. Ópih, Zeller, Selléri.

Aquilegia, æ, f. Gerlichek, Wurm-Kraut, Geleizta-fü.

Arthemiſia, æ, f. Metlikovina, Joannes Giertel, Harang virág.

Aſparagus, i, m. Sparglin, Spargel, Nyúl árnyék-fü.

Atriplex, cis, m. Pln: f. ſtemil. Loboda, Milten, Laboda.

Avena, æ, f. Zòb, Haber, Zab.

B

Bardana, æ, f. Lappa major, Lopùh, groſſe Klette, Lapu.

Baſilicum, Ocymum, i, n. Baſulyek, Waſilien, Barſalikon fü.

Belis, idis, f. Ledinſzko czvétiche, Maſſlieben, Szarſzor-ſzép nevü virág.

Beta, æ; f. Czikla, Ronnen, Tzékla.

Betonica, æ, f. Betonika Bukvicza ali ſzerpecz, Betonien. Sel-fü.

Blitum, i, n. Blirva, Majer, Izetlen paréj.

Borago, inis, f. Borag. Borich, Atratzel fü.

Borith Indecl: Veſch, Zint kraut, Talmoſo fü.

Braſica, æ, f. Vukret, Kôhl-krant, káposzta.

Bugloſſum, i, n. Volovſzki jezik, OchſenZung ökör nyelv.

C

Canaria, æ, f. Oſtricza, p[illegible] trava, Hundſgras,

Ebeket purgáló fü.

Calendula, æ, f. Meſzichek. Ringel-Blum. Sarga Virág.

Canabis, is, f. Konoplya. Hanff. Kender.

Carduus, ui, m. Strichak. Diſtel. Bogáts-Kóró.

Carduus Benedictus, i. m. Bosja Plahticza, Cardvvenedickt, Pápa Fü.

Carex, icis, f. sás. Ried-Gras. Sás.

Cataria, æ. f. Machkino zelje. Katzen-Mintz, Matska Fü.

Cauda equina vel Equiſetum, i, n. Voſch Zint-Kraut. Tálmosó-Fü.

Caules, inm, m. Zelje. Kraut. Káposzta.

Centaurea, eæ, f. Centauria. Tauſendgulden-Kraut. Erd Salb. Fold epéje-Fü.

Chelidonia, æ, f. Laſztovichina Trava. Schell-Kraut. Vére Hulló-Fü.

Chætephylum, i, n. v. Gingidium.

Cicuta, æ, f. Trubelika. Schierling. Bürök, Sip.

Cochlearia, æ, f. Slichnyak. Löffel-Kraut. Kalán levelü Fü.

Conſolida, æ, f. Gavez. Heil-Kraut. Nadály Fü.

Conſolida major, Svalnik. Wallvvurtz. ſo fekete nadaly Fü.

Cordum, i, n. v. Cordum. in corpore.

Crocus, i, m. Saffran. Saffran. Sáffrány.

Cucurbita, æ, f. Tikva. Kurbis. Tök.

Cuminum, & Cyminum, i, n. Kumin. Kümel. Komény.

Cynogloſſa, æ, Cynogloſſum, i, n. Peſzji jezik. Hunds-Zung. Eb-nyelvü-Fü.

E.

Ebulus, i, m. & Ebulum, i, n. Hebed, Attich, Föld bodza.

Elleborus, i, m. & Helleborus, Perpriſs. Nies-vvurtz, Fejér hunyor, Ptrüſzſzentö gyökér.

Enula, æ, Veliki koren. Alant-Wurtz. örveny gyökér.

Epatica, æ, f. vel Hepatica. Jeternik. Leber-Kraut, Máj gyogyé

Equiſetum, i, n. Voſch. Roſs-Schvvantz. Ló-farkú Fü.

Eſula, æ, f. ſeu Thitimalus, i, m. Vuchje Mléko. Wolff-Milch. Fark téj.

F

Faba, æ, f. Bob. Bohne. Bab.

Fabaria, æ, f. v. Telephium.

Faſeolus, i, Báſuly. Kleine vveiſſe Bohnen. Fiſolen. Horgas bab. Fuſzuly.

Filicula, æ, f. vel Polypodium, ii, n. Cherlena Kamenicza. Rothes Stein-brech-Kraut Gemeiner. Engelſüſs. Petje ſzábású Füvetske.

Filix, icis, f. Praprut. Farnkraut. ördög bordája Fü.

Fœniculum, i, n. Szlatki jánuſs. Fenchel. kömény.

Fœnum, i, n. Széno. Heu. Széna.

Fragaria, æ, f. Jagode tráva. Erdbeer, Epéri.

Fragum, i, n. Jagoda. Erd béer. Epéri.

Fraxinula, æ, f. Zeleni koren. Hirſchvvurtz. Szarvas Fü.

Frúmentum, vel triticum turcicum, i, n. Kukuruza, Türckiſcher Weitzen. Török búza.

G

Gentiana, æ, f. Enczian. Bitter-Kraut. Entzián.

Gentiana minor, cruciata. Gorki Koren. Rancken, Creutz Wurtz &c. Sz. Láſzló Füve.

Git indecl. vel Gith. Chêrni komìn, Schvvartz kümmel. Fekete kümény.

Gladiolus, i, m. Rogoz. Schvvertel kraut. Mezeililiom.

Gingidium, ii, n. Kroſulicza. Körblein. Vad petreſelyem.

H

Hedera arborea, æ, f. Berſslyan. Epheu. Fái borostyán.

Hedera terreſtris. f. Kopitnyak. Gundel reben. A Földön elſolyó boroſtyán.

Hydropiper, eris, n. Buhnyak. Flöch kraut. Balha üzö Fü.

Hyoſciamus, i, m. Szvinyo-recz, Maſzlak. Bilſenkraut, Belénd. Bolonditó-Fü.

Hyſopus, i, m. Hiſop. Iſopp. Isóp.

J.

Intubus, vel Intubum, i, n. Czukoria Tráva. Zuckori Kraut. Tzikória.

L.

Lagopus, odis, & opi, f. Vid. in corpore.

Lagopus, V. 2. Haaſen pflötlein, Katzen klee, Haaſenfuſs, Nyúl láb.

Lappa, æ, f. minor. Toricza. Kleine klette. Kis lapu.

Lavendula, æ, f. Spikinatda. Lavendel. Lavendula.

Lens, tis, f. Lecha. Linſen. Lentſe.

Lilium, ii, n, Lilyan. Lilien. Liliom.

Digitized by Google

Linaria, æ, f. Divji lân. Wild flachs. Vadlen.
Linum, i, n. Lân. Flachs. Len.
Lolium, ii, n. Lyulka. Lyûlich. Roſnok, Vadótz
Lupulus, i, m. Melina. Hopffen. Mél.

M.

Malva, æ, f. Szlez. Poppeln, Kräslein-kraut. Malva-Fü.
Menta, æ, f. Meticza. Mintz. Fodor Ménta.
Mentaſtrum, i, n. Rugana, ali Konyſzka Meticza. Krauzemintz, Roſsmintz. Ló méxta.
Millefolium, ii, n. vel Millefolia, æ, f. Kunicza. Scharffgarbe. Egér fark Fü.
Muſcus, i, m. Meheny. Mooſs oder Mies an den Bäumen. Móh, Famoha.

N.

Nardus, i, m. Spikinarda. Narden kraut. Spikinard ollian mint á levendula.
Naſturtium, ii, n. Hren. Kren-Kreſſig. Torma.
Nectarea, æ, f. Veliki Koren. Alant-Wurtz. örvény Fü, örmény gyökér.
Numularia, æ, f. Penizek. Pfenning-Kraut, Egel Kraut, Schlangen-Kraut. Penz levelü-Fü.
Nux aquatica, is, æ, f. Oréſſecz Vodeni. Waſser Nuis, Vizi Sulyom.

O.

Ocymum, i, n. Vſzakojackka za marhu tráva. Allerley kräuter Für das Viech.
Item Baſilika tráva. Baſilien kraut. Barſalikom Fü.
Olus, eris, n. Vſzakojachko povertelle. Allerlay Garten kraut. Minden kerti Vetemény.
Olus Hiſpanicum, is, i, n. Spinàcz, Spenat, Kerti laboda.
Origanum, i, n. Dobra miſzel. Wilderwohl gen uth. fekete gyopár, SzúFü, Szurok Fü.
Oryza, æ, f. Riskaſa. Reiſs, Riskáſa,

P.

Papaver, eris, n. Mak. Magſaamen. Mák.
Paſtinaca, æ, f. Paszternyak Mérkva. Wilde Rüblein, Möhren. Moh répa.
Pedicularia, æ, f. Vuſſnicza. Lauſe-kraut, Tetü Fü.
Pepo, onis, m. Dinya. Melaun. Dinnye.
Perſiaria, æ, f. Hermon. Flöh-Kraut. Balha-Fü.
Petroſelinum, i, m. Perſſin. Peterſilgen, Petreſelyem.
Pinpinella, æ, f. Pinpinela. Bibirnell, Baba-ire Fü.
Piper, eris, n. Pêrpêr, Pfeffer, Bors.
Piſum, i, n. Grah, Erbſs, Borsó.
Plantago, inis, f. Terputecz, Breitwegerich, úti-Fü.
Polyipodium, ii, n. quercinum. Szlatka Szteliera, Engel Wurtzt. Sz: Iván gyökér.
Porrum, i, n. & Porrus, i, m. Porluk, Lauch, Pár hagyma.
Pulicaria, æ, f. Hermon. Flöh kraut, Balha-Fü.
Pulmonaria, æ, f. Plyuchnyak, Lungen kraut, Gálna-Fü, tüdö.

R.

Rapa, æ, f. Repa. Rube. Répa.
Rapacium, ii, n. Repina czima, Rub-laub, Rübkraut. Répa Fü.
Raphanus, i, m. Rotkva, Povertnicza, Rettig, Retek.
Roſa, æ, f. Róſa, Eine Roſe, Róſa.
Roſmarinus, i, m. Roſmarin, Roſſmarin, Roſmarin.
Ruta, æ, f. Ruticza, Wein-Raute, Ruta Fü.

S.

Salvia, æ, f. Salfia, Salbey, Sállya.
Saxifraga, æ, f. Kamenyka. Steinbrech. Köröntó Fü.
Scabioſa vulgaris, Scabioſa, Beſem-kraut, Söprö Fü.
Scirpus, i, m. Szit, Szitje. Schilff. Kaka Gyékény Fü.
Scolopendria, æ, f. Scolopendrium, ii, n. Jelenſzki jezik Miltz kraut, Hirſch Zunge. Szarvas, nyelvu Fü.
Sempervivum, i, n. Netreſzk. Haus-Wurtz, Föl Fü.
Serpillum, i, n. Babina Duſſicza. Qventel. Kakuk Fü.
Sigillum, Salomonis, i, is, n. Béli Koren. Weiſs-Wurtz. Fejér Gyökér.
Silligo, inis, f. Herſ. Rocken. Roz. Búza allya.
Sinapi, is, n. vel Sinapi indecl. & Sinapis, is, f. Muſtarda. Senff. Muſtár.
Smilax, acis, f. Szlàk. Winde um die Baume, oder Zaun glöcklein. Török-bab Felfolyó.
Solſequium, ii, n. Szunchena Roſa. Sonnen Blume. Katang Koró.

T.

Tanacetū, i, n. Vratich. Rhein. Fahren. ViziFü.
Telephium, ii, n. Bobovnyak. Graſs Wund-Kraut. Bab-Fü

Thy-

Digitized by Google

Thymus, i m. Timian. Balſan-Kraut. Thimuſs, Balſem Fü.

Trifolium, ii, n. Detelina Trih pèr. Wieſen-Klee, Spis Klee, Harom Levelü Fü.

Triticum, i, m. Pſenicza. Weiſen. Búza.

Tuſſilago, inis, f. Podbel. Huſſatich. Marti Lapu, édes Lapu.

V.

Valeriana, æ, f. Odolen. Baldrian. Matska gyökér.

Verbaſcum, i, n. Rukacz. Wall-Kraut, Himmel Brand. ökör, Fark Kóró.

Verbena, æ, f. Sporiſs. Eyſen-Kraut. Szapora Fü

Veronica, æ, f. Veronika. Ehrn Breiſs. Véronika.

Vitia, orum, plur. n. Grahor. Wicken. Lednek.

Viola, æ, f. Fiolicza. Viell, Viole. Viola, Ivolya.

Violaria, æ, f. Fiolichna Trava. Viegel-Kraut. Viola Fü.

Urtica, æ, f. Koptiva. Neſſel. Tſilan.

Z.

Zizania, æ, f. Kukoly. Kûh Waitzen. Rote. Konkoly.

DE MODO NUMERANDI DIES
MENSIUM, PER NONAS, IDUS, & CALENDAS.

NOta primò. Quemlibet menſem dividi in dies triginta, aut triginta unum ſolò Februario excepto, qui conſtat diebus 28. niſi annus ſit bis ſextilis, tunc enim Februarius numerat dies 29. quod in ſequentibus verſiculis patet.

Tercenos September habet, totidem November
Julius, Aprilis: reliquis, Superaditur unus;
Sin niſi bis Sextus, vicenos Februus octo.

Circa tertium verſum Nota (nam primi duo per ſe clari ſunt) Februarium dici bis ſextilem, eò quòd hic menſis uno die augeatur quo vis anno quarto, ac cum tribus aliis ſingulis annis viginti tantum & octo habeat, quarto verò anno habet dies 29. quo quarto anno duobus continuis diebus nempe 24. & 25. numeratur, ſeu dicitur ſexto Calendas Martias.

Nota ſecundò. Modum numerandi dies menſium per Nonas, Idus, & Calendas dici numerum Romanum, quòd hic à Romanis originem trahat uti conſtat ex epiſtolis Ciceronis, & antiquioribus Hiſtoricis.

Nota tertiò. Omnes quidem menſes certum numerum habere Nonarum, Iduum, & Calendarum, non tamen eodem modo Calendas numerari, quo numerantur Nonæ & Idus, pro qua doctrina ad memoriam juvandam condiſce tritos ſequentes verſiculos.

Sex Maius Nonas, October, Julius, & Mars,
Quatuor at reliqui. Dabit Idus quilibet octo,
Inde dies reliquos omnes, dic eſſe Calendas.

Horum Verſuum iſte eſt ſenſus: Majus, October, Julius, & Martius habent ſex dies, quos Nonas vocamus. Reliqui autem menſes, nempe Januarius, Februarius, Aprilis, Junius, Auguſtus, September, November, & December habent tantum quatuor. Omnes verò menſes in numero dierum, quos Idus dicimus, conveniunt; ſiquidem ſinguli octo numerant. Qui demum Nonarum & Iduum numerum excedunt, in Singulis menſibus, illi à Calendis nomen accipiunt. pro quo ulterius.

Nota Quartò. Nonas. & Idus, à menſe in quo ſunt nominari, non item Calendas, (præter ſolam primam cujuſque menſis diem) ſed à ſequenti: ut ſi v.g. diem 14. Januarii per Calendas effere velis, dices: 19. Calendas Februarii. non autem Januarii, & ſic de reliquis, exceptâ ut dixi primâ die menſis, quæ dicitur Calendæ, vel Calendis Januarii. v.g.

Nota Quintò. Quando in epiſtolis, aut alibi legis, aut ſcribis: Tertio nonas v.g. Martii, aut Sexto Calendas Januarii &c. deſiderari per eclipſim has duas voces. *Die*, & *Antè*, ità ut per illud; Tertio Nonas Martii, idem intelligas, ac ſi dicas: tertio die antè Nonas Martii. & per illud: Sexto Calendas Januarii, idem ac ſexto die antè Calendas Januarii.

Nota Sextò. Duobus modis, & utrobique bene poni nomen menſis, ſive per genitivum, hoc modo: Tertio Nonas Martii, ſive per nomen

Digitized by Google

men adjectivum, ex nomine menſis ductum, ſic: Tertio Nonas Martias.

Nota poſtremò Romanos olim à Menſe Martio annum inchoaſſe, eò quòd hunc Romulus Genitori ſuo Marti dicaverit, ideóque primum menſium eſſe voluerit. Inde Julium Quintilem, Auguſtum Sextilem vocârunt, quòd ille quintus, iſte ſextus à Martio numeraretur.

Unde etiamnum non à Januario, ſed à Martio, September, October, November, & December, dicuntur. At ſicut Romulus Martiũ, ità Numa Pompilius, Secundus ab eo Rex, diviſo in 12 menſes anno, primum horum Januarium eſſe voluit, velut, bicipitis Dei menſem tranſacti anni finem, & in ſequentis principia inſpicientem. Ne verò te Calendas diſcere cupientem inverſus numerandi modus fatiget, en ipſos menſes Romano & noſtrate ritu repræſentatos.

JANUARIUS.

1	Calendæ, vel Calendis Januarii.	11	3. Iduum Jan.	21	12. Calend. Febr.
2	4. Nonarum Januarii.	12	Pridie Iduum (idus) Jan.	22	11. Calend. Febr.
3	3. Nonarum Jan.	13	Idibus (Iduum) Januarii.	23	10. Calend. Febr.
4	Pridie Nonarum Jan.	14	19 Calendarũ (Calendas) Febr.	24	9. Calend. Febr.
5	Nonarum, vel Nonis Jan.	15	18. Calend. Febr.	25	8. Calend. Febr.
6	8. Iduum (Idus) Jan.	16	17. Caleud. Febr.	26	7. Calend. Febr.
7	7. Iduum Jan..	17	16. Calend. Febr.	27	6. Calend. Febr.
6	6. Iduum Jan.	18	15. Calend. Febr.	28	5. Calend. Febr.
9	5. Iduum Jan.	19	14. Calend. Febr.	29	4. Calend. Febr.
10	4. Iduum Jan.	20	13. Calend. Febr.	30	3. Calend. Febr.
				31	Pridie Calend. Febr.

FEBRUARIUS.

1	Calendis Februarii (Calendæ)	10	4. Idus Febr.	20	10. Calend. Martii.
2	4. Non. Febr-	11	3. Idus Febr.	21	9. Calend. Martii.
3	3. Non. Feb.	12	Pridie Idus Febr.	22	8. Calend. Martii.
4	Pridie Non. Febr.	13	Idibus (Iduum) Febr.	23	7. Calend. Martii.
5	Nonis (Nonæ) Febr.	14	16. Calend. Martii.	24	6. Calend. Martii.
6	8. Iduum vel Idus Febr.	15	15. Calend. Martii.	25	5. Calend. Martii.
7	7. Idus Febr.	16	14. Calend. Martii.	26	4. Calend. Martii.
8	6. Idus Febr.	17	13. Calend. Martii.	27	3. Calend. Martii.
9	5. Iidus Febr.	18	12. Calena. Martii.	28	Pridie Calend. Martii.
		19	11. Calend. Martii.		

MARTIUS.

1	Calendis Martii.	12	4. Idus Martii.	23	10. Calend. April.
2	6. Non Martii.	13	3. Idus Martii.	24	9. Calend. April.
3	5. Non. Martii.	14	Pridie idus vel Iduũ Martii.	25	8. Calend. April.
4	4. Non. Martii.	15	Idibus vel Iduum Martii.	26	7. Calend. April.
5	3. Non. Martii.	16	17. Calend. Aprilis.	27	6. Calend. April.
6	Pridie Non. Martii.	17	16. Calend. April.	28	5. Calend. April.
7	Non. Martii.	18	15. Calend. April.	29	4. Calend. April.
8	8. Idus Martii,	19	14. Calend. April.	30	3. Calend. April.
9	7. Idus Martii.	20	13. Calend. April.	31	Pridie Calend. April.
10	6. Idus Martii.	21	12. Calend. April.		
11	5. Idus Martii-	22	11. Calend. April.		

APRILIS.

1	Calendis Aprilis.	6	Nonis Aprilis.	10	5. Idus April.
2	4. Non. April.	7	8. Iduum vel Idus Aprilis.	11	4. Idus April.
4	3. Non. April.	8	7. Idus April.	12	3. Idus April.
5	Pridie Non. April.	9	6. Idus April.	13	Pridie Idus April.

13 Idi-

Digitized by Google

14	18. Calend. Maji.	20	12. Calend. Maji.	26	6. Calend. Maji.
15	17. Calend. Maji.	21	11. Calend. Maji.	26	5. Calend. Maji.
16	16. Calend. Maji.	22	10. Calend. Maji.	28	4. Calend. Maji.
17	15. Calend. Maji.	23	9. Calend. Maji.	29	3. Calend. Maji.
18	14. Calend. Maji.	24	8. Calend. Maji.	30	Pridie Calend. Maji.
19	13. Calend. Maji.	25	7. Calend. Maji.		

MAJUS.

1	Calendis Maji.	11	5. Idus Maji.	21	12. Calend. Junii.
2	6. Non. Maji.	12	4. Idus Maji.	22	11. Calend. Junii.
3	5. Non. Maji.	13	3. Idus Maji.	23	10. Calend. Junii.
4	4. Non. Maji.	14	Pridie Idus Maji.	24	9. Calend. Junii.
5	3. Non. Maji.	15	Idibus Maji.	25	8. Calend. Junii.
6	Pridie. Non. Maji.	16	17. Calend. Junii.	26	7. Calend. Junii.
7	Nonis Maji.	17	16. Calend. Junii.	27	6. Calend. Junii.
8	8. Iduum (Idus) Maji.	18	15. Calend. Junii.	28	5. Calend. Junii.
9	7. Idus Maji.	19	14. Calend. Junii.	29	4. Calend. Junii.
10	6. Idus Maji.	20	13. Calend. Junii.	30	3. Calend. Junii.
				31	PridieCalend. Junii.

JUNIUS.

1	Calendis Junii.	12	Pridie Idus Junii.	22	10. Calend. Julii.
2	4. Non. Junii.	13	Idibus Junii.	23	9. Calend. Julii.
3	3. Non. Junii.	14	18. Calend. Julii.	24	8. Calend. Julii.
4	Pridie Non. Junii.	15	17. Calend. Julii.	25	7. Calend. Julii.
5	Nonis Junii.	16	16. Calend. Julii.	26	6. Calend. Julii.
6	8. Idus Junii.	17	15. Calend. Julii.	27	5. Calend. Julii.
7	7. Iduum (Idus) Junii.	18	14. Calend. Julii.	28	4. Calend. Julii.
8	6. Idus Junii.	19	13. Calend. Julii.	29	3. Calend. Julii.
9	5. Idus Junii.	20	12. Calend. Julii.	30	Pridie Calend. Julii.
10	4. Idus Junii.	21	11. Calend. Julii.		
11	3. Idus Junii.				

JULIUS.

1	Calendis Julii.	12	4. Idus Julii.	22	11. Calend. Aug.
2	6. Non. Julii.	13	3. Idus Julii.	23	10. Calend. Aug.
3	5. Non. Julii.	14	Pridie Idus Julii.	24	9. Calend. Aug.
4	4. Nonarũ (Nonas) Julii.	15	Idibus Julii.	25	8. Calend. Aug.
5	3. Non. Julii.	16	17. Calendas Auguſti.	26	7. Calend. Aug.
6	Pridie Nonas Julii.	17	16. Calend. Aug.	27	6. Calend. Aug.
7	Nonis Julii.	18	15. Calend. Aug.	28	5. Calend. Aug.
8	8. Idus Julii.	19	14. Calend. Aug.	29	4. Calend. Aug.
9	7. Idus Julii.	20	13. Calend. Aug.	30	3. Calend. Aug.
10	6. Idus Julii.	21	12. Calend. Aug.	31	Pridie Calend. Aug.
11	5. Idus (Iduum) Julii.				

AUGUSTUS.

1	Calendis Auguſti.	12	Pridie Idus Aug.	22	11. Calend. Sept.
2	4. Nonas vel Nonarũ Aug.	13	Idibus, vel Iduum Aug.	23	10. Calend. Sept.
3	3. Non. Auguſti.	14	19. Calend. Septembris.	24	9. Calend. Sept.
4	Pridie Non. Aug.	15	18. Calend. Sept.	25	8. Calend. Sept.
5	Nonis Aug.	16	17. Calend. Sept.	26	7. Calend. Sept.
6	8. Idus Aug.	17	16. Calend. Sept.	27	6. Calend. Sept.
7	7. Iduum vel Idus Aug.	18	15. Calend. Sept.	28	5. Calend. Sept.
8	6. Idus Aug.	19	14. Calend. Sept.	29	4. Calend. Sept.
9	5. Idus Aug.	20	13. Calend. Sept.	30	3. Calend. Sept.
10	4. Idus Aug.	21	12. Calend. Sept.	31	Pridie Calend. Sept.
11	3. Idus Aug.				

SEPTEMBER.

1	Calendis Septembris.	11	3. Idus Sept.	21	11. Calend. Oct.
2	4. Nonas vel Nonarum Sep	12	Pridie Idus Sept.	22	10. Calend. Oct.
3	3. Non. Sept.	13	Idibus Sept.	23	9. Calend. Oct.
4	Pridie Non. Sept.	14	18. Calend. Octobris.	24	8. Calend. Oct.
5	Nonis Sept.	15	17. Calend. Oct.	25	7. Calend. Oct.
6	8. Idus vel Iduum Sept.	16	16. Calend. Oct.	26	6. Calend. Oct.
7	7. Idus Sept.	17	15. Calend. Oct.	27	5. Calend. Oct.
8	6. Idus Sept.	18	14. Calend. Oct.	28	4. Calend. Oct.
9	5. Idus Sept.	19	13. Calend. Oct.	29	3. Calend. Oct.
10	4. Idus Sept.	20	12. Calend. Oct.	30	Pridie Calend. Oct.

OCTOBER.

1	Calendis Octobris.	12	4. Idus Oct.	22	11. Calend. Nov.
2	6. Nonas vel Nonarũ Oct.	13	3. Idus Oct.	23	10. Calend. Nov.
3	5. Non. Oct.	14	Pridie Idus Oct.	24	9. Calend. Nov.
4	4. Non. Oct.	15	Idibus Oct.	25	8. Calend. Nov.
5	3. Non. Oct.	16	17. Calend. Novembris.	26	7. Calend. Nov.
6	Pridie Non. Oct.	17	16. Calend. Nov.	27	6. Calend. Nov.
7	Nonis Oct.	18	15. Calend. Nov.	28	5. Calend. Nov.
8	8. Idus Oct.	19	14. Calend. Nov.	29	4. Calend. Nov.
9	7. Idus vel Iduum Oct.	20	13. Calend. Nov.	30	3. Calend. Nov.
10	6. Idus Oct.	21	12. Calend. Nov.	31	Pridie Calend. Nov.
11	5. Idus Oct.				

NOVEMBER.

1	Calendis Novembris.	11	3. Idus Nov.	21	11. Calend. Dec.
2	4. Nonas, vel Nonarũ Nov	12	Pridie Idus Nov.	22	10. Calend. Dec.
3	3. Nonas Nov.	13	Idibus Nov.	23	9. Calend. Dec.
4	Pridie Non. Nov.	14	18. Calendas Decembris.	24	8. Calend. Dec.
5	Nonis Nov.	15	17. Calend. Dec.	25	7. Calend. Dec.
6	8. Idus vel Iduum Nov.	16	16. Calend. Dec.	26	6. Calend. Dec.
7	7. Idus Nov.	17	15. Calend. Dec.	27	5. Calend. Dec.
8	6. Idus Nov.	18	14. Calend. Dec.	28	4. Calend. Dec.
9	5. Idus Nov.	19	13. Calend. Dec.	29	3. Calend. Dec.
10	4. Idus Nov.	20	12. Calend. Dec.	30	Pridie Calend. Dec.

DECEMBER.

1	Calendis Decembris.	12	Pridie Idus Dec.	22	11. Calend. Jan.
2	4. Nonarum vel Nonas Dec	13	Idibus Dec.	23	10. Celend. Jan.
3	3. Non. Dec.	14	19. Calend. Januarii.	24	9. Calend. Jan.
4	Pridie Non. Dec.	15	18. Calend. Jan.	25	8. Calend. Jan.
5	Nonis Dec.	16	17 Calend. Jan.	26	7. Calend. Jan.
6	8. Idus Dec.	17	16. Calend. Jan.	27	6. Calend. Jan.
7	7. Idus Dec.	18	15. Calend. Jan.	28	5. Calend. Jan.
8	6. Idus Dec.	19	14. Calend. Jan.	29	4. Calend. Jan.
9	5. Idus Dec.	20	13. Calend. Jan.	30	3. Calend. Jan.
10	4. Idus Dec.	21	12. Calend. Jan.	31	Pridie Calend. Januarii.
11	3. Idus Dec.				

TABULA NUMERI.

Arabici.	*Romani.*	*Arabici.*	*Romani.*	*Arabici.*	*Romani.*
1.	I.	4.	IV.	7.	VII.
2.	II.	5.	V.	8.	VIII.
3.	III.	6.	VI.	9.	IX.
					X.

Arabici.	Romani.
10.	X.
11.	XI.
12.	XII.
13.	XIII.
14.	XIV, vel XIIII.
15.	XV.
16.	XVI.
17.	XVII
18.	XVIII.
19.	XIX.
20.	XX.
21.	XXI.
22.	XXII.
23.	XXIII.
24.	XXIV.
25.	XXV.
26.	XXVI.
27.	XXVII.
28.	XXVIII.
29.	XXIX.
30.	XXX.
31.	XXXI.
32.	XXXII.
33.	XXXIII.
34.	XXXIV.
35.	XXXV.
36.	XXXVI.
37.	XXXVII.
38.	XXXVIII.
39.	XXXIX.
40.	XL.
41.	XLI.
42.	XLII.
43.	XLIII.
44.	XLIV.
45.	XLV.
46.	XLVI.
47.	XLVII.
48.	XLVIII.
49.	XLIX.
50.	L.
51.	LI.
52.	LII.
53.	LIII.
54.	LIV.
55.	LV.
56.	LVI.
57.	LVII.
58.	LVIII.
59.	LIX.
60.	LX.
61.	LXI.
62.	LXII.
63.	LXIII.
64.	LXIV.

Arabici.	Romani.
65.	LXV.
66.	LXVI.
67.	LXVII.
68.	LXVIII.
69.	LXIX.
70.	LXX.
71.	LXXI.
72.	LXXII.
73.	LXXIII.
74.	LXXIV.
75.	LXXV.
76.	LXXVI.
77.	LXXVII.
78.	LXXVIII.
79.	LXXIX.
80.	LXXX.
81.	LXXXI.
82.	LXXXII.
83.	LXXXIII.
84.	LXXXIV.
85.	LXXXV.
86.	LXXXVI.
87.	LXXXVII.
88.	LXXXVIII.
89.	LXXXIX.
90.	LXXXX.
91.	LXXXXI.
92.	LXXXXII.
93.	LXXXXIII.
94.	LXXXXIV.
95.	LXXXXV.
96.	LXXXXVI.
97.	LXXXXVII.
98.	LXXXXVIII.
99.	LXXXXIX.
100.	C. vel IC.
101.	CI. & ſic uſque ad 200
200.	CC. vel. IIC.
201.	CCI vel IICI.
300.	CCC. vel IIIC.
301.	CCCI. vel IIICI. etſic ad N. 400.
400.	CCCC. vel IIIIC.
401	CCCCI. vel IIIICI. Sic ad N. 500.
500.	D. vel VC. vel. IϽ.
501.	DI. vel VCI. Sic ad N. 600.
600.	DC. vel VIC.
601.	DCI. vel VICI. Sic ad N. 700.
700.	DCC. vel VIIC.
701.	DCCI. vel VIICI. Sic ad 800.
800.	DCCC. vel VIIIC.

Arabici.	Romani.
801.	DCCCI. vel VIIICI. Sic ad 900.
900.	DCCCC. vel IXC.
901.	DCCCCI vel IXCI. Sic ad 1000.
1000.	ſive mille, M. vel IM. vel CIϽ.
1001.	mille unus MI.
1100.	mille centum. MC. vel MIC.
1200.	mille duceuti MCC. vel MIIC.
1300.	mille trecenti MCCC vel MIIIC.
1400.	mille quadringetti MCCCC. vel MIIIIC.
2000.	duo millia MM. vel IIM.
2100.	duo millia & centum MMIC. vel IIMIC.
3000.	tria millia MMM. vel IIIM.
3100.	Tria millia & centum vel IIIMIC.
4000.	Quatuor millia MMMM. vel IIIIM.
4100.	Quotuor millia & centum MMMMIC. ʌel IIIIMIC.
5000.	Quinque millia. VM. idem de aliis.
10000.	Dĕcem millia $\overline{X}$. vel XM. vel CCIϽϽ.
40000.	Quadráginta millia XLM.
50000.	Quinquaginta millia LM.
60000.	Sexaginta millia LXM.
70000.	Septuaginta millia LXXM.
80000.	Octoginta millia LXXXM.
90000.	Nonaginta millia. XCM.
99000.	Nonaginta novem millia XCIXM.
100000.	Centum vel centena millia CM. vel CCCIϽϽϽ.
200000.	Ducenta millia. CCM.
300000.	Trecenta millia CCCM.

Digitized by Google

Arabici.	*Romani.*	*Arabici.*	*Romani.*	*Arabici.*	*Romani.*
400000.	Quadringenta millia CCCCM.	600000.	Sexcenia millia. DCM.	800000.	Octingenta millia DCCCM.
500000.	Quingenta millia DM.	700000.	Septingenta millia DCCM.	1000000.	mille millia M̄. vel. ccccIↄↄↄↄ.

ANTIQUUS LITTERARUM NUMERUS, EX VETUSTISSIMO CODICE EXCERPTUS.

A. denotat quingenta ſive CCCCC.
B. Tercenta ſeu CCC.
C. Centum. ſeu C.
D. Quingenta. ſeu D.
E. Ducenta quinquaginta. ſeu CCL.
F. Quadraginta. ſeu XL.
G. Quadringenta, ſeu CCCC
H. Ducenta, ſeu CC.
I. Unum, ſeu I.
K. Quinquaginta unū, ſeu LI.
L. Quinquaginta, ſeu L.
M. Mille, ſeu M
N. Nonaginta ſeu LXXXX
O. Undecim, ſeu XI.
P. Quadringenta ſeu CCCC
Q. Quingenta ſeu CCCCC
R. Octuaginta ſeu LXXX.
S. Septuaginta ſeu LXX.
T. Centum ſexaginta, ſeu CLX.
V. Quinque ſeu V.
X. Decem ſeu X.
Y. Centum quinquaginta ſeu CL.
Z. Duo millia. ſeu II̅.

Si verò his litteris superaddas lineolam ſignificabunt tot millenarios, quot per ſe ſignificant unitates. v.g.

C̄. Centum millia.
D̄. Quingenta millia.
Ē. Ducenta quinquaginta millia.
F̄. Quadraginta millia.
Ḡ. Quadringenta milla.
H̄. Ducenta millia.
Ī. mille & ſic de aliis.

ORTHOGRAPHIA

SEU

RECTA CROATICE (GENERALI VOCABULO ILLYRICE, SEU SZLAVONICE) SCRIBENDI RATIO.

DE LITERIS.

Literis utuntur Croatæ (idem de pleriſque Gentibus Illyricis intellige) tribus & viginti; quas jam olim Latii ſermonis gnarià latinis mutuati ſunt, ſuiſque propriis â D. Hieronymo primùm, ac tum ſubinde à SS. Cyrillo & Methodio Epiſcopis, ad majorem latiſſimè per Europam, finitimámque Aſiam diffuſæ Nationis Illyricæ uſum digeſtis ſubſtituerunt. Harum & illarum hoc loco figuras exhibere placuit: Cùm occaſio poſtulaverit, etiam æquipollentiæ peculiares earundem ad invicem proponentur.

LATINÆ majuſculæ ſunt. A. B. C. D. E. F. G. H. I. J. K. L. M. N. O. P. R. S. T. U. V. Y. Z.

Minuſculæ. a. b. c. d. e. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. r. ſ. t. u. v. y. z.

ILLYRICÆ quas alii *Glagoliticas* à *Glagole* Г literas alii *Hieronymianas* à *S. Hieronymo*: alii *Cyrillianas* à *S. Cyrillo*: alii *Rutenicas* ſeu *Ruſſicas*, *Moſcoviticas*, *Dalmaticas*, *Valachicas* à *populis Illyricis* nomenclatione ducta vocant: *duplices* ſunt: *ſimplices* videlicet, quæ ſimplici figurâ conſtant, utut cæteroquin quædam earum duabus latinorum literis æquivaleant; & *Compoſitæ*, quæ ex duarum literarum figuris componuntur. Omiſſis quibuſdam minùs neceſſariis, & quarum ferè in ſola currente ſcriptione, idque brevitatis gratià, uti conſveverunt *Illyri*; illas duntaxat ſubjicio, quæ in libris typo *Illyrico* excuſis ſunt uſitatæ. Ut verò tantam earum notitiam (*paucis tamen*) Lectorem benevoſum & rerum illyricarum curioſum Amatorem edoceam, quanta legendis hoc typo impreſſis libris ſufficit, *primò* locô illarum *Nomina*, quibus ab *Illyris* compelantur; *2dò figuras*, quibus exprimi ſolent; *3tio Numeros arithmeticos*, quos denotant, *4to literas latinas*, queis æquivalent: *id eſt*: *enunciationem* illyrico idiomati propriam collocabo. Sit itaque.

Nomen

Digitized by Google

Nomen.	*Figura*	*Numerus.*	*Enunciatio.*
Aſz.	А	1	A.
Bukve.	Б		B.
Vede.	В	2	V.
Glagole	Г	3	G.
Dobro	Д	4	D.
Jeſzt	Є	5	E.
Siveti	Ж		S.
Zelo	Ѕ	6	Z.
Zemlye	З	7	Z.
Iſe	И	8	I.
Idem	Ꙇ		
idem	Ꙑ		
I	І	10	J.
Kako	К	20	K.
Lyudi	Л	30	L.
	Љ		Ly.
Miſzlite	М	40	M.
Naſs	Н	50	N.
	Њ		Ny.
On	О	70	O.
Pokoj	П	80	P.
Reczi	Р	100	R.
Szlovo	С	200	Sz.
idem	Ꙅ		
Tverdo	Т	300	T.
U	Ꙋ	400	U.
Phi vel fi	Ф	500	F. PH.
Hir	Х	600	H.
Ot	Ѿ		Ot.
idem	Ѡ		Ot. vel Od.
idem	Ѻ		Ot. vel O.
Czi	Ц	900	Cz.
Cherv	Ч	90	Ch.
idem	Ч		
Sſaj	Ш		Sſ.
Staj	Щ	800	Sſt.
Xi	Ѯ	60	X.
Pſzi	Ѱ	700	Pſ.
Tita	Ѳ	9	Th.
Gyerv.	Ꙉ		Gy.

Quia verò hoc tempore Literati *Illyri*, neglectis propriis, *Latinis* ùt plurimùm utuntur literis, iſtarum potiſſimùm *Proprietates* examinabo. Ex his itàque aliæ ſunt Vocales, aliæ Conſonantes. *Vocales* ſunt *Sex*: A.E.I.O.U. Y. *Conſonantes ſeptem & decem.* Be. Ce. De. eF. Ge. Ha. Jota. Ka. eL. eM. eN. Pe. eR. eS. Te. Ve. Ze.

DE TONO VOCALIUM.

Quemadmodùm apud Hebræos, ità & apud *Croatas*, vocales aliquæ ſunt toni jam magis aperti & demiſſi, jam minùs aperti, & magis elevati.

Magis aperti dicuntur ideò, quia in ſui pronunciatione magis os aperiunt; minùs autem aperti, ac magis elevati minùs adaperiunt. Exemplum primi ſit in hac voce *vedro* Serenum. Secundi: *vedro*, urna. ubi in voce *vedro* Serenum, magis os aperis ad efferendum tonum Literæ *E*, & in voce *vedro* urna, minùs. Igitur ad rectam earum enunciationem, & ſignificationis diſtinctionem *vedro* latinè urna exigit in vocali E. accentum acutum, v. g. *védro*. *vedro* verò Latinè ſerenum, ad evitandã moleſtam accentuum copiam, ex ipſo ſui ac-

† 7 centu

Digitized by Google

centu nullo, apertioris & demiſſioris eſſe toni obſervabitur. Atque ità, dum in expedita lectione fueris; in concurſu harum, aliarúmque huiuſmodi, & præſertim æquivocarum vocū; nequaquàm hærebis.

Ex his conſtat primò. Literam vocalem E duplicis eſſe toni; *unius*, qui eſt apertior & demiſſior, *alterius*, qui minùs apertus eſt, magisque conſtrictus & elevatus, ut patet in vocibus ſupra alatis bene perpenſis.

Conſtat 2do. Dum in voce quapiam, vocalis E, eſt toni magis aperti & demiſſioris, illam ob nimiam accentuum frequentiam, ſinè omni accentu eſſe ſcribendam, & hoc ipſo, quòd nullo accentu notetur; ſignificare tonum magis apertum & demiſſiorem. Cùm verò litera E, eſt toni minùs aperti àtque magìs elevati, notanda eſt accentu accuto.

Conſtat 3tio. Adhibito iſthoc accentu (utì & aliis, de quibus ſuô locô) futurum eſſe, ut qui vocem præcipuè autem æquivocam illo notatam conſpexerit, facilè moneatur ad toni ejus vocis enunciationem genuinam, ac evitandam turpiſſimam illam, moleſtiſſimámque auribus in legendo repetitionem. De hac litera E vide in vocali E,

DE OBSERVATIONE VOCALIUM.

VOcales alia diviſione ſunt *Duplices*, hæ ſolidæ & immutabiles, illæ non ſolidæ ſeu mutabiles. Solidæ ſunt: a. e. o. Non ſolidæ: i. & u. *Solidæ* ſunt ideò, quia ſemper retinent vim & tonum ſuum, *Non ſolidæ* verò ex eo, quòd ſemper vim & tonū ſuum non retineant, ſed interdum tranſeant in conſonantes, atque alium, ac priùs habuêre, efficiant tonum, ùt videbis in voali i & u.

DE VOCALI A. a.

HÆc litera tonô ſuô dum longiùs effertur, maximè in monoſyllabis æquiavlet duobus aa. Ne verò multiplicentur literæ ſinè neceſſitate, pro duobus aa ſcribitur unum duntaxat a. & quidem ſi tonus eſt elevatus in alia, quàm poſtrema ſyllaba, tu ſupra unum a ponitur accentus acutus; ſi autem ſit toni demiſſi & profundi, atque in ultima ſyllaba, tunc ei apponendus eſt ſemper accentus gravis v.g. *Onda nè meſzta pechàm, g daſze merzlyaki ſztiſzkaiu k-pechàm:* Latinè: cùm frigiduli fornacibus adhærent conſtricti, tum in b nullus eſt locus peplis. Ubi vides vocem ultimam *pechàm* ſive fornacibus: pro duobus aa, unô ſolùm a, ſcriptam cum accentu gravi ob ſonum longiorem, quem vox *pechàm* ſive peplis, quia non habet, omni accentu caret. Sic: *Vlàk*, Sagena, & *Szàg*, Tapes &c. Quando verò Litera a, pro *autem* ſumitur, aut pro ſigno admirationis ſignanda eſt accentu gravi, vel circumflexo v.g. pro admiratione: *à moj dragi jeli to moguche?* Item pro autem: *Peter Cheſſnyak je marlio Diàk, â Pavel lenyàk je tulik ziàk.*

DE VOCALI E e.

CIrca hanc literam præter dicta de tono vocalium, duo potiſſimùm ſunt obſervanda. *Primò:* Licèt Vocalis E, cùm eſt toni elevati, ſemper ſolum accentum acutum expetat, illô tamen nunquam in ſyllaba ultima notanda eſt, verùm ſi obtingat illam cum tono elevato venire in vocis cujuspiam ſyllaba poſtrema, tum apponendus eſt illi accentus gravis more latinorum, quorum utimur literis. Neque enim ulli literis latinis utenti ea authoritas data eſt, quâ cui liceat contra naturam accentuum (Vide de natura accentuum) iis, quoſcunque libuerit, accentus apponere.

Secundò: Quandocunque Vocalis E præcedit conſonantem r, cum alia ſubſequente conſonante v.g. rb, rc, rd, rg, rh, rk, rl, rn, rp, rs, rt, rv, rz. & quodammodo abſorbetur, ut neque habeat tonum elevatum, neque demiſſum, tunc tegi debet accentu circumflexo. v.g: *Mêrtvogt je Smêrcha têrt, na dêrbchechoj bêrvi ſzmêrt &c.*

DE VOCALI I i.

VOcalis i, toties fit conſonans, jota ſeu j, quoties cuipiam vocalium præponitur quin imò ſæpè etiam, cum in voce aliqua vocali in penultimo loco venienti poſtponitur. Primi exemplum ſit: *Chuies Juri! ieli jako ielo jetra jelenſzka?* perperam verò ſic ſcribitur: *Chuies ieli iako ielo &c.* Secundi eſt: *No! moj Majdàk glej, zakaj je vzubi jajcze?* erroneè autem ſic: *moj Maidàk glei &c.* Interdum litera I. ponitur ſeparatim ſinè alterius literæ ſocietate pro &c. ut pluribus dicetur in Litera y.

DE VOCALI O o.

ISthæc litera quando ſervit pro exclamatione vel admiratione, notanda eſt ſive gravi ſive circumflexô accentu. *v.g.* pro exclamatione: *ò bedàk Juri! ô neblaſuri!* pro admiratione *v.g. ô jeli to iſztina?*

DE

DE VOCALI U. u.

Litera U. tum abit in conſonantem V, cũ vocali & nonnulis conſonantibus anteponitur. Quandoque etiam, dum poſt vocalem collocatur. *primi exemplum ſit: Vodim Vodopiu k-vodi.* malè verò ſic: *Uodim Uodopiu k-uodi. Secundi: Vláchim, odiram, olchem &c. Tertii. Iz Diakov lenyákov, y bedakov Diákov, gde je bil chlovek kakov.* non autem. *Uléchem, Uláchim, Diákou Lenyákou &c.*

DE VOCALI Y. y.

TRia circa hanc Vocalem obſervanda ſunt *1mo.* Vocalis y qvotiescunqve non ponitur pro conjunctione *et* toties liqveſcit & non eſt vocalis, id eſt ordinarium ſuum tonum, qvem qvà vocalis habet, amittit; & conſonanti poſtpoſita, effert tonum non Vocalis I, ſed tonum aliqvem ſui, & aliqvem alterius literæ cui poſtponitur *v.g. Od lyulychenoga truba lyut, plyuie piyucha, y z-lyulykum piyundre plyuſzka bolovanya Mihaly.* male vero ſic. *Od liulichenoga* vel *lulichenoga, liulet* vel *ljulet*, vel *lulet*, ut patet perpendenti literæ vocalis i, vel conſonantis j, ſeu jota tonum.

2do. Vocalis Y pro conjunctione *&* aptiùs ponitur, quàm vocalis i, non nihil à voce quam copulat ſeparata, eo quòd major mole ſuâ, quàm vocalis i, faciliùs à ſequente & præcedente voce diſtincta obſervetur ut manifeſtum eſt dimetienti.

3tio. Cùm vocalis Y, adhibetur pro conjunctione *&*, atque etiam dum liqueſcit, tunc nullum patitur ſuperimponi ſibi punctum, ſi enim punctis notaretur non ampliùs conjunctionem *&* ſignificaret, neque liqueſceret, ſed duabus vocalibus ii æquivaleret.

DE DIPHTONGIS.

DIphtongos (quæ ex duabus fiunt vocalibus *v.g.* æ, œ &c.) voces croaticæ ità fugiunt, ut eas in ipſis etiam ab alia lingva mutuatis vocibus penitùs non admittant.

DE NATURA ACCENTUUM.

AD rectam Scribendi, fluidámque ſinè titubatione legendi rationem; admodùm neceſſarius eſt accentus. Hic triplex eſt: *Acutus*, ſive à dextra ad ſiniſtram ductus, qui ex natura ſua, vocalem illam, cui apponitur, ſemper attolit & protrahit; in prioribus tantùm, nunquam verò in poſtrema ſyllaba locum habens, quo cumprimis opus eſt in vocibus æquivocis *v.g. Péſzek* arena. & *peſzek* caniculus. ſi enim ſinè accentu duæ hæ voces *peſzek peſzek* ſcribantur, qvis illico & primo obtutu abſque hæſitatione genuinum ſenſum noverit? *Gravis*, ſeu à ſiniſtra ad dextram tractus, qvi ſemper ultimam, & nunqvam penultimam, aut alias priores expoſcit ſyllabas; vocalem, cui ſuperimponitur, ſi illa ſit in voce toni ex natura ſua elevati, ſolùm producit. v.g. *jè* comedit. *lùg* ſylva. *lùk* arcus &c. alias vero voces, qvæ ex natura ſua non ſunt toni elevati, deprimit. vg. *ják, Vlàk, Beziàk* &c. *Circumflexus*, ex acuto & gravi compoſitus, duplici officio gaudet. 1. Omnibus vocibus per ſyncopen contractis ſuperimponitur, *v.g. kî* pro *koi*, *âk* pro ako. &c. 2dò circumflexus accentus ponitur ſupra literas: V, & Z syncopatas, ſeu V. ex *ou*, & Z. ex *iz* præpoſitione detractas v.g. *ẑ-vina*, pro *iz vina*, ex vino. *v̂-lagou* pro *ou lagou* in vaſe &c.

Ex his conſtat 1mò. Accentum acutum triplicis eſſe virtutis, *unius* eſt: quòd ſupra vocalem E poſitus indicet tonum ejus eſſe minùs apertum, diſtinctúmque à tono literæ E magis aperto & demiſſiore per hoc, quòd litera E toni profundi & demiſſi nullo notetur accentu. *Alterius* eſt: quòd vocalem illam, quæ eô notata eſt ſemper attollat ac prolonget. *Tertiæ*: quòd nunquam ponatur in ultima ſyllaba.

Conſtat 2dò. Accentum gravem ſemper habere unicum & ſolùm in poſtrema ſyllaba locum, atque proinde perperam illum à non nullis poni in penultima aut aliis prioribus ſyllabis.

Conſtat 3tiò. Accentum circumflexum dupliciter ſervire: *ſemel*: ad indicandum vocē aliquam eſſe contractam, *alterâ* vice literas Z, & V illo ſignatas, eſſe ex præpoſitione *iz* & *vu* ſyncopatas.

DE SPIRITIBUS.

SPiritus Græcis ſunt duplices, aſper unus, alter lenis *aſper* ſive *denſus* eſt, qui literam, cui ſuperimponitur, fortiùs & duriùs eſſe pronunciandam ſignificat. *Lenis* autem ſvaviùs debiliúſque. Croatis uterque neceſſarius non eſt. In litera tamen S, ad lenem ſvavémque, ac aſperum tonum diſ-

tingvendum, ſufficiens fuerit ſpiritus aſper, qui ſuperpoſitus literæ S, moneat lectorem, illam fortiùs duriúſque efferendam eſſe. & è contrario ſi tonus ſit lenis ſvaviórque litera S, nullô ſpiritu (vel ſi cui placuerit ſpiritu leni v.g. *ṡata ṡuna* &c. notari poteſt, ſignanda eſt ſpiritus aſper fit ex litera minuſcula *c*, cui nonnumquam additur accentus acutus v.g. *ṡilo* Subula, *ṡóıka* graculus. Spiritus Lenis verò ſic : ɔ. *ut* : *ṡalecz*, *ṡobar*. Vide de hoc plura in litera S.

Ex his conſtat Imo. Spiritum aſperum tũ ſolùm eſſe ponendum ſupra literam S, cùm hæc fortiùs, duriùs & aſperiùs pronuncianda eſt.

Gonſtat 2do. Literam S, ſi nullo ſignetur ſpiritu (vel ſpiritu leni, ut intra parentheſim dictum eſt) illam leniùs debere pronunciari, utì in his vocibus: *Salecz*, aculeus. *Selezo*, ferrum. *Sila*, vena. *Suna*, Merops &c. Sicque per nullum additum literæ S ſpiritum, vel per appoſitum ſpiritum lenem, ſufficienter indicari illam in ſupradictis, aliſſque hujuſmodi vocibus exprimendam eſſe molliùs, ſvaviúſque.

Conſtat 3tio. Spiritum aſperum ſoli literæ S apponendum eſſe, futurúmque uſu ejus, & accentuum hactenus dictorum, ut & ſcriptio Croatica erroribus purgata, & fluida abſque hæſitatione lectio, claráque ſignificationis vocum diſtinctio, in æquivocis verbis obtineatur, atque ad hæc uſque tempora cupita orthographiæ Croaticæ methodus adveniat, celebretúrque.

DE CONSONANTIBUS.

LITERA C.

TAmetſi litera C, apud Latinos, antè vocales: a, o, u. poſita, ſemper tonum habeat Literæ K. hunc tamen in vocibus lingvæ Croaticæ habet nunquam, verùm ejus locò in prædictis vocalibus, quẽadmodùm & in aliis vocalibus (ſi literam C, antè vocales e, & i, vel z excipias) adhibetur litera k. *v.g.* *Kovàcb Konya Kuıe*, non item *Covàcb Conya Cuje*. Præterea litera C, tria de ſe ſciri vult.

Primum eſt: Quotieſcunque præcedit vocales a, o, u, (vel etiamſi in fine vocis poſtrema veniat) effertúrque tono leni per modum ſibilationis, & non tono duriore ac per modum K. tunc ſibi conjungi petit literam Z, & æquivalet literæ Illyricæ Ц v.g. antè a, o, u. *Czapik Czopernicza Czuka*. Nequaquam autem ſic *Capak, Copernicu* &c. Exemplum in fine venientis eſt: *jeden ſalacbecz devenicz, z-preſetniczum jeternicz, rajſſl neg ptica jerebicz, becbe Juricz Czepecz ſutricz.*

Secundum: Sicuti litera C, poſita antè vocales a, o, u, dum pronunciatur tono leni, ùt ſupra dictum eſt, ſemper exigit ſibi adjungi literam Z, ita antè vocales e, i, collocata eſſe poteſt ſinè dicta litera Z, ſiquidem antè vocales e, & i, integrum tonum ſuum retineat abſque litera z, efferátque illum ipſum, quẽ efferret unà cum litera z, ubi iterum æquivalet eidem literæ Illyricæ Ц *v.g.* *Cipe Cigan ceni.* tribulis zingarus pretium dicit.

Tertium: Quando litera C, efferi debet tono duriore ſive antè vocales, ſive poſt illas poſita, ſive nonnullis conſonantibus, ùt l, v, &c. præpoſita, tunc juxta antiquiſſimum Croatarum uſum illi adjungi debet litera h. cui aliquem ſui tonum communicat, & aliquem â litera h, ad modum liqueſcentis participats ſuum, & litera h, tonum obtundens, veluti clarum eſt in vocibus ſequentibus: *Cbubaſzt cbobaw*, *olècbe vrecbe puno lecbe*, antè l, & v. *v.g.* *Cblovek, cbvercsim, &c.* hunc ipſum tonum per ſe habet litera Illyrica Ч

Juxta novum verò nonnullorum modum, literæ C additur litera S: *Cſuden cſubak Hruſtilovicz*, *necſè lecſe Kozorepovicz*. viderint hujuſmodi vel in ipſa ſcriptione novitatum ſtudioſi, quâ ratione ab authoritate primi ac antiquiſſimi uſûs recedant, antiquáque ſcripta hodie natâ audaciâ audeant adulterare.

Ex his conſtat Imo. Quòd in Croatica ſcriptione nunquam adhibeatur litera C, antè vocales, a, o, u, pro tono literæ K, ſed è converſo ſemper litera K, & neutiquam litera C uſurpetur.

Conſtat 2do. Tametſi litera C, antè vocales, a, o, u, poſita, dum toni eſt lenis & quaſi ſibilantis, ſemper conjungi velit cum litera Z, non tamen ſocietatem literæ Z ita deperit, quin antè vocales e, i, ſinè litera Z eſſe poſſit.

Conſtat 3tio. Quoties litera C, efferenda eſt tono aſperiore ut in voce *Chlovek*, *cbvercbim &c.* toties litera C, cum h, ſcribenda eſt, neque unquam literæ *cb*, unà acceptæ habent tonum (uti frequenter apud Germanos) literæ K, ſed una alteri quidpiam ſui toni per modum quaſi liquidæ, admiſceat, ùt patet advertenti.

DE LITERA F.

LItera hæc tum duntaxat locum habet in vocibus *Illyricis* ſive *Croaticis*, cùm vox quæpiam duriore tono pronuncianda eſt: *v.g.* *Friſſke ſanyke na ſaſſenye ſilyarka*

ſucb-

Ƒuchkechuth z-reſem vel *z-reſſom ſriga &c.* ab his enim *Rèſ* id eſt ulna per ſimplex *ſ*, ab illis autem per duplex *ſſ*, *rèſſ* ſcribitur; elige ùtùt lubet. Quando verò vox aliqua vel à principio, vel à fine tonum lenem & ſvaviorem habet, tunc ſemper ſcribitur litera V, & nequaquam litera *F*, *f*. *v.g.* *Kulikoje kràv y volov, tulikoie mlhov y meburov*, item *nè prav zd-av boleʒlyiv, &c.* nequaquam verò ſic: *Kràf, praf, zdraf &c.*

Ex his conſtat 1mo. Literam *F*, ſolùm tunc habere locum in vocibus Croaticis, quando vox aliqua, ſeu ſyllaba tono aſperiore pronunciatur.

Conſtat 2do Quotieſcunque vox vel ſyllaba quæpiam efferenda eſt tono leni & ſvaviore, toties, neutiquam litera *F*, ſed litera *V* poni debet.

Conſtat 3tio. Pro litera *F*, nuſpiam adhiberi literas *ph.* ſed ſemper utendum eſſe litera *F.* et amſi ab alia lingva vocem uſurpes per literas *ph.* ſcriptam, ac tuam facias. v.g. Phaſianus, *Faſian.* Item *Fantaſia Gira Fantaſiera:* haud quaquàm autem. *Phaſian Phantaſia phantſera &c.*

DE LITERA G.

Quemadmodùm dictum eſt de literis *ch*, ità quoquè litera G, præpoſita vocali *y*, non habet ſuum integrum ſonum, ſed eum cum vocali, ità confundit, ut habeat ex ſe quidpiam, & aliquid ex litera *y*. per modum liqueſcentis *v.g.* *Gyurgy, Gyumber, Gyungy, Gyulez &c.* Sonum hunc *ſeſolâ* habet litera Ѫ

DE LITERA K.

Litera *K*, duo ſibi vendicat, *unum*: Ejus eſt roboris, ut penitùs ab Alphabeto Croatico literam *Q* abigat, ac in omni voce ejus locò eſſe velit. *v.g.* *Kvaterni kvàſs kvàri kvechka. &c.* *Alterum*: præpoſitionem *ad.* adeò diligit, ùt ſæpiſſimè pro ea ſe poni patiatur, nempe dum interrogatio eſt, quo? vel ad quem? exigitque ſe inter & vocem cui anteponitur duci notam interlinealem hanc: - *v.g.* *K-vnogem deneſs moram iti: k-ſilyárkam po melyu; k-primorczem po ſzòl; k-ſurlanom po përper; da ovak k-varaſsu iduchi, tak velike, kakje naj vekſa megyimorſzka rotkva: Szrópam makarune: à makviche pak, kakti Miholyſzke tikviche, k-ſzenymu meſzarom Zagrebechkem, za nyihovu k-grojakom lèpu govedinu z-ſzirotkum, y ſtakorſzkem ſzalom ſzmàſno zachinim, y k-obedu techno pripràvim &c.*

DE LITERA S.

Litera *S* quæ modò aſperè ſive denſè, modò leniter ſvavitérque pronunciatur, ad exprimendum debitum vocum tonum, quibus præponitur ſe ſola & ſine omni nota nequaquàm ſufficit, idcirco pro ejus adminiculo, triplicem, quem reperi modum appono.

Primus eſt: Quando litera *S*, eſt toni aſperi ſive denſi, tunc literæ *S*, ſuperimponendus eſt ſpiritus aſper vel ſolus, vel cum adjecto ſibi nonnumquam accentu acuto (quem vide titulo de accentibus) *v.g.* *Šántav y oponoſsen Šorſtar, po Širokoj Šumi Šumaſzt Šoike, y Šiſſmiſse Šilom poſſitàva.* Hic adverte voces: *poſſitàva*, *Palaſs &c.* non eſſe ſpiritu aſpero notatas, quia hic ſpiritus aſper ſolùm ponendus eſt in principio primæ ſyllabæ, in aliis autem ſyllabis, dum tonus literæ *S*, eſt aſper, *duplex S*; ſive: *ſſ*, ſcribendum eſt. uti & tum dum in fine vocis eſt cum aſpero tono, veluti in voce *Palaſs* patet. Ejuſdem toni eſt ſe ſolâ litera. Ш

Alter eſt: ut habet *Habdelichius & Ritterius.* Litera *S*, aſperum tonum habens, tam in principio, quàm in medio, ac fine duplicanda eſt *v.g.* *ſſorſtar, ſſantav, oponoſſen, ſſiſſmiſs, &c.*

Tertius: qui Bohemis in uſu eſt, per *sh*, *v.g.* *Shorſtar, shantav, shumaſzt, shilo &c.*

Ex his tribus modis mihi *primus* arridet, quia *Secundus* minùs conveniens eſt ex eo, quòd eaſdem literas in principio vocis geminet, quod in nulla alia lingva reperi: *tertius* autem admodùm durus ſit in efferenda ſyllaba, cujus initio litera *Sh*, præponitur; cùm de litera *h* apud Croatas non ſit dubium an ſit aſpirationis nota, an verò litera: ſed ſit ſolida conſonans, integréque tonum ſuum edat. *primum* igitur probo; tu quem? Si nullum? porrige meliorem, eóque tibimet ipſi applaude.

Demum, quamvis litera *S*, dum lenis & ſvavis eſt toni notari poſſet ſpiritu leni, qui ex obverſa litera C, ſit, *v.g.* *ͻ*, in exemplo: *ͻaba, ͻalecz &c.* nihilominùs tamen ad evitandam ſpirituum copiam, ad indicandum literæ *S* lenem tonum ſatis fuerit, ſi ſvavem tonum habens ſimpliciter & abſque omni ſpiritu ſcribatur, *v.g.* *Saba, sàr, ſeludecz, ſelva, sir, ſvinche, Somborim, ſoltar, sùta ſuna* &c. *ſimilem tonum exprimit apud illyros litera* Ж. Eſt quidem & alius apud *Dalmatas, & Boſnenſes* literæ S, dum toni eſt lenis ſcribendi modus, nimirum literæ S ſubſtituendo literam X, *v.g.* loco *ſena*, *xena* &c. ſed pro-

prorſus contra naturam toni literæ X. quis enim apud Græcos, ſive apud latinos, quorum literis utimur, repererit literæ *S*, tonum poſſe æquivalere tono ſvavi & leni literæ *S* & tamen literam X, quæ æquivalet literis *cs* toni aſperioris poſſe poni pro leni & ſola litera *S*? accedit nulli poſteriorum datam eſſe authoritatem hanc, quâ quis Latinarum literarum naturam, earúmque tonum, & vim naturalem pro placitu ſuo mutare audeat & corumpere.

Quotieſcunque verò ſyllaba aliqua effertur per modum ſibilationis & leniſſimè, toties literæ *S* addi debet litera Z, v.g. *ſzito*, *ſzràm ſzlobodno &c.* erroneè enim ſic ſcribitur *ſito*, *ſram*, *slobodno &c.* Adverte tamen ante literas k, p, t, ſolam literam Z ſcribi poſſe, eò quòd prædictis literis præpoſita eundem ſonum habeat, ac ſz, *v.g. zkvariti*, *zpomenuti*, *ztanuvati*. Hunc eundem tonum exprimunt *Illyri* per ſolam literam С.

Ex his conſtat 1mo Tam ad rectè ſcribendum, ac fluidè legendum, quàm ad diverſum literæ *S* tonum bene aptéque proferendum, unicè neceſſarium eſſe unum ex prædictis modum.

Conſtat 2do. Quòd, dum litera *S* eſt toni aſperi, optimè notanda ſit ſpiritu aſpero, cùm autem habet tonum leniorem, nullo; vel ſi cui arriſerit, ſpiritu leni *v.g. ſaba*, *ſuna &c.*

Conſtat 3tio. Siquidem accentus ſolùm apponantur literis vocalibus, nullo debere unquàm notari accentu literas conſonantes; literæ verò S, aſperum habenti tonum, unicum duntaxat ſervire ſpiritum aſperum.

DE LITERA V.

Litera *V. duplici* modo in uſu eſt, 1. Dum dubium eſt, an litera *F.* vel verò litera *V.* in principio aut fine vocum ponenda ſit, tum advertendum ad tonum lenem, & aſperum: ſi vox aliqua incipit vel finitur tonô *aſperô* (*ut in litera F, dictum eſt*) ponenda eſt litera *F.* ſi verò tono *Leni*, tunc poni debet litera *V. vide exempla in Litera F. 2do.* Quando litera *V.* per ſyncopen ponitur pro præpoſitione *vu* · ſive *in*, tunc illam inter & vocem, cui anteponitur, ducenda eſt lineola hæc - v.g. *V-czirkviſze*, *y po vuliczi ſzei v-ſzvili*, *à doma nyoj od gláva v-Kubinyi vſze czvili* Item: *Da Filyarka, koi bech v-mojnyu ſzpravi ali vech, meſſa v-teſzto rabel ſzopun, ak prem na nyu krichi kopun, niſt nemara, vſze v-lopatum biti v-pech.* Deberet quidem in hoc caſu literæ *v*, apponi accentus *circumflexus*; ſed quia in typo eam cum hoc non reperio, ideo nec ſcribentes ad hoc faciendum adſtringo.

DE LITERA X.

Uſus literæ hujus in vocibus Croaticis nullus eſt, & ſi quæpiam vocum per X Scribatur, illa peregrina eſt, ſi tamen aliqua vox Croatica ejus toni, cujus litera X, eſt occurreret illa per literas *ks* ſcribi poſtulat. Sic per X. ſcribitur Xaverius, Xerxes, quia ſunt voces peregrinæ, quas, & alias hujus modi, periti ſcribunt iis literis, quibus illi, à queis illas mutuantur. hujuſmodi voces apud Illyros ſcribuntur per lit. Ѯ.

Croatæ tamen excipiunt literas *ph*, ac in vocibus etiam peregrinis, illis ſubſtituunt literam *f.* propter vix pronunciabilem tonum literarum *ph.* ſimul acceptarum in tono literæ *F.* eò quòd litera *h.* (*ut ſupra dictum eſt*) ſit toni integri conſonans ſolida, adeóque apud Croatas, cum litera *p.* vix, aut ne vix quidem pronunciabilis, ut in voce *Philip*, pro *Filip*, literas *ph.* perpendenti patet. Cæterùm tam *Croatæ*, quàm alii *Illyri* voces peregrinas per *ph* ſcriptas enunciant *per Lit* Φ, quæ ideo tam literis *ph*, quàm literæ *f.* æquivalet,

DE LITERA Z.

Circa hanc literam *Tria* potiſſimùm veniunt in obſervationem. 1. Quotieſcunque litera Z, adhibetur pro præpoſitione *iz*: ſeu *ex*, toties inter illam & vocem, cui præponitur, ductâ lineolâ hac - ſignari deberet accentu circumflexo, ſed quia (ut in ſimili dictum eſt de *litera V.*) à Chalcographis fundi ſic ſignata hactenus non conſvevit, ideo modum etiam hunc ſcribentium arbitrio relinquo. Dum verò ponitur vel pro præpoſitioue *cum*, vel pro *inſtrumento*, ſufficit lineola interjecta abſque circumflexo. Cæterum ſumptæ pro præpoſitione *iz*: ſive: *ex* exemplum ſit: *Z-tabora pobechi*, *jeſzt z-poſtenya vtechi.* Literæ autem *Z.* pro præpoſitione *cum*, ſive: *Societatem* ſignificante exemplum: *z-Petrom*, *z-Pavlom &c.* pro inſtrumento: *v.g. z-noſem vbaſzti.* Si verò malis illos ſequi, qui Literam *Z* dum pro inſtrumento poni deberet, omittunt, & vocem inſtrumentum aliquod denotantem, ſolam adhibent: *v.g. jega drévom*, *noſem*, *paliczum &c. vudril*, eſto ad libitum tuum.

2. Rectus & ordinarius uſus eſt locò literæ Z ſyncopatæ, adhibere integram præpoſitionem *iz*, *v.g. iz dréva*, *iz Czirkve &c.* Uſus verò ſolius literæ *Z*, ex *iz* ſyncopatæ regularis

gularis

gularis & ordinarius non eſt, & ad evitandam arduam admodùm in quibuſdam vocibus pronunciationem, aptiùs ſemper ponitur integra præpoſitio *iz*, quàm contracta ſola litera Z. *v.g. iz ſzetire, iz ſeleza, iz zdele*. quibus vocibus ſi præponas Literam Z ſyncopatam pro *iz*, *v.g. z-zdele*, ex ſcutela &c. quàm arduè vocem hanc ſic ſcriptam pronunciare debeas; vides.

3. Dum litera Z non agit præpoſitionem *ex*: ſive *iz*, vel *cum* ſive: *ſocietatem* neque *inſtrumentum*, ſed tantùm cum aliis literis concurrit, ad ſimplicem aliquam vocem efficiendam, tunc aliquando, quando ſcilicet eſt toni lenis & ſvavioris, in principio vocis ſcribitur ſola litera Z, quod fit ordinariè antè literas: B, D, G, H, L, M, N, R, V. *v.g. zbudyam*, excito. *zdrav*, ſanus. *zgora*, deſuper. *zdele*, ſcutellæ. *zmoſno*, potenter, *znamenye*, ſignū, *zlato*, aurum, *zrelo*. maturum. atque hunc tonum habet *litera*. Ʒ. *Dixi autem ordinariè*, quia interdum litera Z etiam antè dictas literas, præſertim L, M, N, R, V, poſita ob tonum non nihil aſperiorem, & ſibilationi ſimilem, exigit ſibi anteponi literam S, *v.g. ſzmiemſze*, rideo. *ſzvetujem* conſilium do. *ſznaim*, mundo. &c. perperam namque ità: *zmiemſze*, *znaim*. &c. Demum & univerſaliter litera Z, ſibi anteponi poſtulat literam *S*. quotieſcunque ſyllaba illa, cui præponitur litera Z. exprimit tonum ſibilationi ſimilem v.g. *od ſzrama ou ſzovem kutu ſzmerchek ſzedi, kadaga ſzlavichek iz germa ſztraſſzuo ſzkominum gledi. Szlamna oſzmojena, y oſtro ſzlama; jeſzt ſzlatka Huſzarſzka brana &c.* Similem ſonum per ſe habet litera Ç.

Ex his conſtat 1mo. Literam Z, quà præpoſitionem *iz*. denotantem, ſemper ſcribi debere ſine litera acceſſoria S, inter Z. & vocem cui anteponitur, tractâ lineolâ ſupra monſtratâ poſſeque illi ſuperimponi accentum *circumflexum*.

Conſtat 2do. Uſum ſolùm invaluiſſe, præſertim in Plebeis, locò præpoſitionis integræ *iz* ſolam per ſyncopen literam Z, adhibere, cum rectus & regulatior uſus ſit præpoſitionis integræ *iz*, quàm ſit ſolius literæ Z, ab *iz* præpoſitione detractæ.

Conſtat 3tio. Dum litera Z efferri debet tono aſperiore ad modum ſibilationis ſemper illi præponi debere literam *S*, quando verò eſt toni lenis & ſvavis, ſive illa ponatur antè vocales ſive antè literas ſupra allatas, ſcribenda ſola abſque litera *S*. ut patet in propoſitis exemplis. quæ quoties uſurpatur antè vocem ſocietatem, ſive inſtrumentum denotantem, nullo afficienda eſt accentu *circumflexo*.

Demum pro colophone in genere duo obſerva, *unum*: dum ambigis, quomodo nam vox quæpiam ſcribenda ſit? tum ex voce (*ſi nomen ſit*) cujus dubietate angeris, forma caſum genitivum, ex quo facilè conjicies, qualis in *Nominativo* poſtrema litera formari debeat. Sic DEUS, *Bòg*, Cornu, *ròg*, ſylva; *lúg*, &c. Scribuntur in nominativo per literam *g*. finalem, qvia in genitivo habent *Bòga*, *roga*, *lúga*: & non habent *Boka*, *roka*, *lùka*, Voces verò, *zrok*, cauſa. *ſzkok*, ſaltus. *luk*, Cepa. *Lùk* arcus, &c. ſcribuntur in fine per *k*, quia in genitivo efferuntur per literam *k*, v.g. *zrok*, *zroka*: *ſzkok*, *ſzkoka*: *luk*, *luka*, &c. Si autem ſit nomen adjectivum, quod non potes facilè cognoſcere ex genitivo, cognoſces plerumque ſi aſpexeris genus fœmininum. v.g. dubitas, quî ſcribas vocem *kakov*? an *kakof*? conſule genus *fœmininum* & reperies *kakova*, & non *kakofa*, proinde ſcribes *kakov*, nequaquam verò *kakof*; & ſic de cœteris. *Alterum*: Ultima & univerſalis regula eſt (ut in literis; S & Z. dictum eſt) bene advertere ad genuinam, uſúque receptam, hujus lingvæ gnarorum pronunciationem, atque ità juxta tonum pronunciationis vocem quampiam, ſive verbum noménve ſit, chartæ mandare, v.g. in voce filius Croaticè efferenda adverto primam ſyllabam efferri per quandam ſibilationem, unde conjicio non eſſe ſcribendam per ſolam literam *S*, quæ toni hujus ſe ſolâ non eſt, ſed ei addendam eſſe literam Z, ac ſcribo *Szin*, & non *Sin*: è contra verò in voce v.g. rana, *Croaticè* proferenda nullam adverto ſibilationem in ejus pronuntiatione, & ideò ſinè litera Z, illam exaro ſic: *Saba*, non item *Szaba*, *sbaba*, vel *ſchaba* & ità de aliis.

Concludat rem *Mèrbo-derecz*, *ſztaro-ſzelecz & kozo-rep*, aliáque hujuſmodi ex obliquo & recto compoſita vocabula, quæ ità conjungi, & ſimul eſſe abhorrent, ut dum ſimul eſſe coguntur virgulâ intermediâ poſitâ hâc-convenire, & neqnaquàm propius accedere ullo modo velint, utpote è diverſis prognata vocibus.

Atque iſthæc eorum in gratiam, labore non mediocri data ſunto; at quorum? ætaténe *grandiorum*, vel duntaxat *teneriorum*? non ità *illorum*, atque *horum*; illi ſiquidem, quibus grandior ætas, ſententiâ Senecæ, duri & intractabiles ſunt, & neutiquam reformationis cujuſpiam patientes. Hi verò, ſapientis judicio; juxta viam inſtitutionis, quam ſemel didicerunt, etiam cum ſenuerint, ab ea

non

non recedent, quandoquidem difficulter admodum eradatur; quod rudes anni imbiberunt.

Itaque vos primæ & non duntaxat mediocris ſpei Adoleſcentes, ceu flexiores ſurculi, pro adeò nobilis lingvæ veſtræ nitore; æmulemini & efficite, ut illa, nulli à recta ſcribendi ratione ſecunda, cum non exiguo ſingulorum emolumento, ſuo in decore habeatur; atque ſumptô vobiſcum incrementô perennet.

BREVIS INSTRUCTIO.

In eorum gratiam hoc loco addita, qui *voces germanicas latino typo*, germanicum ſcribendi modum, & Orthographiam Servante, editas, ritè enunciare, & expeditè legere cupiunt.

Cùm non paucos è Patriæ noſtræ filiis *idiomatis germanici*, cujus utilitatem, hoc potiſſimùm tempore nullus non clarè perſpicit, condiſcendi cupidos eſſe non ignorem: Horum commodo, qua licuit methodo, conſulturus, aliquot ad calcem *Orthographiæ Illyricæ* adnecto *Regulas*; ad quas advertens Lector *Croaticæ linguæ* & *Orthographiæ* gnarus, etſi non plenam *Orthographiæ Germanicæ* (hanc enim hîc non profiteor) notitiam, ſufficientem certè conſequetur facilitatem, ad eas, quæ in noſtro iſthoc, alióve ſimili opere continentur, voces germanicas idoneè, debitéque efferendas.

Regula 1ma. Litera *A.* in vocibus *germanicis* poſita abſque omni nota enunciari ſic debet, quemadmodùm apud *Croatas* litera *O.* Excipe tamen voces, in quibus præponitur vocali *U*, tunc enim retinet tonum literæ *A*, ùt patet in voce *auch*. Notata verò *duobus punctis* in vocibus *pluralis numeri* enunciatur plerúmque per modum literæ *E*, quæ etiam illi in ſimilibus nominibus, locô duorum punctorum, ſuperimponi ſolet. Aliàs *duobus punctis* ſignatum *A.* effertur in tono proprio literæ *A.*

Reg. 2. Litera *B.* cum ferme apud *germanos* habet tonum, quem apud *Croatas* litera *P*; & ideo apud illos rarior eſt literæ *P.* uſus. Cæterùm poſpoſita literæ *M*, niſi ad ſequentem vocalem ſpectet, ferè omnem tonum amittit.

Reg. 3. Literæ C. apud germanos rariſſimus eſt uſus, obtinétque tonum literæ *Croaticæ* K.

Reg. 4. Litera D. in principio vocis cujuſpiam *germanicæ* collocata ſervat eundem tonum, quem apud *Croatas* eadem litera *D*; quanquàm præpoſita vocali præſertim *U*, uti & non numquam in medio vocis poſita, accedat aliquantùm ad tonum literæ *T*, quem in fine vocum ſita plenè exprimit.

Reg. 5. Litera *E* cuipiam ex vocalibus *I. U, T.* præpoſita acquirit tonum literæ *Croaticæ A*: aliàs eundem retinet, quo apud *Croatas* gaudet.

Reg. 6. Litera *H* in principio vocis *germanicæ* ſe ſola tam plenum ſonum edit, quàm apud *Croatas*. Hunc tamen ferè totum in medio, aut fine vocis poſita amittit, niſi vel cum *ſequ. Voc.* ſyllabam faciat, vel illi immediatè litera *C* præponatur, cum qua ſemper plenum literæ *Croaticæ H* ſonum exprimit: ut in voce *Lerch*.

Reg. 7. Litera *O* apud *germanos* pronuncianda eſt tono medio inter literam Croaticam *O* & *U*. hinc eſt, quòd in ſui enunciatione notabiliter magis os claudat, quàm Croatica litera *O*. quòd ſi verò *duobus punctis*, aut *virgulis* ſignata fuerit, ſcito eam inſtar literæ *E.* toni non plenè aperti efferendam eſſe.

Reg. 8. Si litera *S* ſimplex præponatur cuipiam vocalium, enunciari debet ferè ſicut litera *Z* apud *Croatas*: Duplicata verò proximè accedit ad tonum literarum *Croaticarum ſz* ſimul junctarum.

Reg. 9. Litera *V* ſic duplicata VV. *vel* W eo tono eunciatur, quo à *Croatis* litera B. ſimplex verò *V.* obtinet tonum literæ *F.*

Reg. 10. Litera *U* poſtpoſita literæ *E* ità, ut cum hac unam ſyllabam efficiat; uti &, ſi *duobus punctis*, aut *virgulis* notata fuerit, efferenda eſt inſtar literæ *I*: aliàs ſuum proprium tonum ſervat, niſi illam alteri vocali præpoſitam reperias, tunc enim enunciari petet in tono literæ *F.*

Reg. 11. Litera *Z* in vocibus *germanicis* quoad pronunciationem adæquatè convenit cum *Croatico CZ*.

Cæteræ tam *Vocales*, quàm *Conſonantes* eundem apud *germanos* tonum habent, quem apud *Croatas*. Quia tamen diverſus earum concurſus peculiarem nonnunquam *enunciationem* exigit, pro hac dignoſcenda ſequentes *Regulæ* ſervient.

Reg. 12. Literæ *tſch* apud *germanos* ſimul poſitæ æquivalent *Croaticis Ch*.

Reg. 12. Literæ verò *Sch* conjunctæ enunciari poſtulant eo tono, quo à *Croatis* dup. *S.* id eſt: *Sſ.* Si tamen præcedat lit. n, eundem tonum habebunt cum *Croaticis Ch.* v.g. *Menſch*.

Reg. 14. Literæ *tz* à *germanis* ſimul collocatæ eundem tonum ſibi vendicant, quem apud *Croatas CZ*.

Reg. 15. Literæ CK junctæ à *germanis* eo modo efferuntur, quo à *Croatis* litera K. ſola.

Reg. 16. Literis *DT* unà poſitis ſimilis tonus competit, qui literæ *t* apud *Croatas*, is tamen plenus & fortis eſſe debet. Atque hæc diſcentium commodo dicata ſunto, ac ſufficiant.

Digiti

A.

A, Ăb, Abs. *Præp.* Cic. *Od.* Von. *Tôl*, *Tôle*, *Tôl*, *Tûl*, *Tûl*. A puero. A teneris unguiculis, *vel elegantiùs*: Inde à puero. Jam inde à puero, Usque à teneris unguiculis, *&* *ſic de aliis.* v. in *Parvulus*, *Parvus*, *Puer*, *Unguiculus*, *Uſque*. Ab unguiculo ad capillum ſummum. *Plaut.* Ab imis unguibus usque ad verticem ſummum. *Cic.* A vertice ad talos. *Horat.* Et *vulgo* A capite ad calcem. *Od glave do pèt*: uſitatiùs *Od pèt do glave*. Item *Od pocsetka do koncza*: *Od koncza do kraja*: *Vſze*: *Zevſzema*. Von haupt bis zun füſſen: Von anfang bis zum ende: Alles: Gäntzl ch. *Tetétôl-fogva talpig*: *Eleitôl-fogva végig*: *Egéſz dolog*: *Egéſzen* A primo. A principio. *Od pocsetka*. Vom anfang. *Eleitôl-fogva*. ita *Cic.* 2. A. Ab pro *Poſt*. Secundus à Rege. *Drugi*, *Naivekſſi pod Kralyem*. Der anderte, *oder* der fürnehmſte nach dem könig. *király után máſodik*, vagy *leg ſelsôbb* ita *Hirt*. A morte patris. *Poſzmerti otcza*. Nach dem tod des vatters. *Attya halála után*. A cœna. *Povecsheri*. Nach dem Abend-eſſen, *Vacsora után*. Sic paſſim *Cic.* 3. pro *Per*. Ab ſe cantat, cuja ſit: *h. e.* per ſe, ſua ſponte. *Plaut.* Salus nobis à bonis allata eſt. Ab aliquo interire, perire. *Cic.* Item 4 pro *Propter* *N. 1.* *In N. 1.* Ab inimico perii. *Zarad* ali *od nepriatela poginul jeſzem*. Wegen des feindes, *oder* Von dem feind bin ich umkommen. *Ellenségért*, vagy *ellenségtül veſzteni-el*. Vir à juſtitia celeberrimus. *Chlovek zbog pravicze* ali *ou pravicsi najglaſzóvitejſi* der allerberühmteſte Mañ in der gerechtigkeit. *Igazságban leg hireſebb Ember*. Mare à Sole collucet: *h. e.* propter Solem. *Cic.* 5. pro *Pro N. 1.* cum verbis *ſto*, *facio*, *dico*, *ago*, *ſum*, *&c.* Hoc à me facit. *To je dobro za me.* Das iſt gut für mich. *Ez az én jómra* (*el-ſzemre*) *vagyon*. ita *Terent.* Ab aliquo dicere, eſſe, ſtare: *h. e.* favere alicui. *Cic.* 6. pro

A B.

Verſum. A Sole. *Liv. l. 1. c. 50.* 7. pro *Contra*. Se à frigore defendit. *Virg.* 8. pro *Ex N. 1.* A Senatu redire. *Cic.* 9. pro *Quod pertinet* vel *attinet ad*, *Quoad N. 2.* Imparatus à milite, & pecunia. *Nepripravlyen z-voizkum*, *y z-novczi* mit Geld, und Mañſchafft nicht verſehen. *Sem hada kéſzen*, *ſim pénze*. ita *Cic.* 10. *Patriam denotat*. Turnus ab Aricia: *h. e.* Aricinus. *Liv.* 11. *Cum Abl perſonæ ſignificat ejus domum*. Ab amico redeo *Plaut.* 12. Undæ à fontibus: *h. e.* fontanæ. *Virg.* 13. Ab aliquo ſolvere, dare, numerare, repræſentare, ſuppeditare pecuniam: *h. e.* nomine alicujus, vel de alicujus pecunia. *Cic.* 14. *Cum nominibus munus aut procurationem denotantibus deſignat ejuſmodi muneri præfectum. ut*: Alicui *vel* Alicujus à pedibus, *h. e.* pediſequus. A manu: *h. e.* amanuenſis. A rationibus: *h. e.* rationiſta. A ſtudiis: *h. e.* pædagogus, præceptor. *Cic.* 15. Præpoſitionibus *A. Ab* eleganter anteponitur *Prope*. Tam prope à muris habemus hoſtem. *Plin. l. 15. c. 18.* 16. *A* præponitur ſolis vocibus, quæ incipiunt à conſonante. *Ab* potiſſimùm vocalibus, non nunquam etiam conſonantibus C. D. F. G. J. L. M. N. P. Q. R. S. T. V. *Abs* verò ſolis litteris Q. R. T. *Cic. Liv. Ter. &c.* 17. Conjunctæ vocibus ſeparationem, & privationem denotant. *A* ſolùm cum *M. &* *V.* componitur, *ut*: Amoveo, Averto. *Ab* cum A. B. E. F. J. I. L. N. O. R. U. duo *Aufero*, & *Aufugio* euphoniæ gratia *B* in *U* mutant. *Abs* verò connectitur cum *C. T. Q.* e. g. *Abſcedo*, *Abſtrabo*, *Abſque*. Hæc ex *Claſſicis*.

* Ăārōn *apud Tertull.* Ăārōn *apud Prudent.* ōnis, m. Frater Moyſis, primus ſummus Sacerdos Hebræorum.

Ăbactĭo, ōnis, f. v. *Abactus*.

Ăbactŏr, ōris, m. *Apul.* *Odgonitel*, *Odganyavecz*. r. Abtreiber, Entführer. *Elhajtó*. 2 Speciatim *Marho-tat*, *Svino-kradlivecz*. r. Vieh Dieb. *Marha lopó*. ita *Paul.*

Ăbactrix, īcis, f. *Odtiravka*, *Odgonitelicza*. e. Entführerin, Abtreiberin, Hinwegtreiberin. *Elhajtóné*. 2. Speciatim *Marho-taticza*. e. Vich-diebin. *Marha-lopóné*.

Ăbactŭs, ūs, m. Plin. *Odgon*, *Odegnanye*, *Odtiranye*. *Odgnanye*, *Odganyanye*. e. Entführung, Wegtreibung. *El hajtás*, *Erővel elűzés*.

Ăbăcŭlŭs, i, m. *Dimin.* ab Abacus. Plin. *pebarni*. ali *racbunzki Sztolek*. ein Credentz *oder* Rechen-Tiſchlein. *Pobár-* vagy *Számvető-Aſztalotska*. Item v. *Latrunculus N.* 2. *Calculus N.* 3. ita exponit *Harduinus*.

* Ăbăcŭs, i, m. Cic. *Pehárni ſztol*. r. Credentz-Tiſch. *Pohár-ſzék*. Item 2. *Kuhinzki ſztol*. r. Kuchel-*oder* Anricht-Tiſch. *Konyha-Aſztal*. 3. *Sztol racbunzki*. e. Rechen-Banck. *ſzámvető aſztal*. Pers. 4. v. *Fritillus N.* 1. Macrob. 5. *Chetvero-ouglazta raovina zverhu ſztupa*: *Glavicza ploſſata na ſztupu*. Das oberſte, *oder* e. Blatte auf der Saul. *Oſzlopnak felső teteje* Vitruv.

Ăbăgĭo, ōnis, *f. Obſol.* Varr. v. *Adagium*.

Ăbălĭēnātĭo, ōnis, f. Cic. *Potugyenye*, *Odſzoojenye*, *Odtujenye*. e. Entfrembdung. *El-idegenités*. Item v. *Separatio*, *Diſſociatio*.

Ăbălĭēnātus, a, um. *Potugyen*, *Odſzoojen*, *Odtujen*. Entfrembdet *El-idegenittetett*. Item v. *Separatus*. Jure civium abalienatus: *h. e.* privatus. *Liv.* Eſſe animo abalienato: *pro* infenſo, inimico, contrario, disjuncto. *Cic.* Dicitur autem *Abalienatus*, quem quis à ſe removit: *Alienatus*, qui alienus eſt factus. *Feſtus*. 3. Membra abalienata *ſcil.* à ſenſibus: *h. e.* emortua. *Quintil.*

Ăbălĭēno, ās, āvi, ātum, (Act.) *Syn.* Alienum facio. Vendo. *Potugyujem*, Inf. *potugyiti*: *Odſzoáiam*, *odſzooiti*: *Tugye chinim*: *Odtuim*. Entfrembde, Entvvende, *El-idegenítem*. Agros abalienavit. *Szooie polye je odtuil*, *zprodal*. Er hat ſeine felder entfrembdet. *El-adta a' földeit*. 2. v. *Disjungo*, *Diſſocio*, *Separo*. Aliquem ab aliquo abalienare. *Kôga od kôga odbiti*, *odoernuti*, *obernuti*. ali *kôga z-kém razluchiti*, *raztaviti*, *razdruſiti*. Einen von einem abvvendig machen. *Valakit valaki barátságától elfogni*. Abalienari poteſtate alicujus: *h. e.* à poteſtate alicujus liberari, ſolvi, averti. *Hactenus Cic.* 3. Abalienare homines ſuis rebus: *pro* privare. *Nepos in. Ageſil. c.* 2.

Ăbămĭtă, æ, f. *Syn.* Amita maxima. *Prededova Tetcza po otczu*, *Tetcza po dedovem dedu*, *Tetcza otchinzka vu chetertom kolenu*. Des Ur-Ur-Groſs Vatters Schvveſter. *Nagy-apám nagy-apjának nénnye*, vagy *húga*. ita *Caius Dig. lib.* 38. *tit.* 10. *leg.* 3. & *Paulus ibid. leg.* 10.

† Ăbannātĭo, ōnis, f. *Pregnanye za jedno Godiſche*, peregr. *Bandizeranye*. e. Verbannung auf ein Jahr. *Egy eſztendeig-való elhajts.* v. *Relegatio N.* 2.

† Ăbannitus, a, um. JCti. *Pretiran za jedno letto*, pereg. *Bandit*. Verbannter auf ein Jahr, ein Bandit. *Egy eſztendeig ſzámkivettetett*. v. *Relegatus*.

Ăbarceo, ēs, ērĕ, cŭi, (Act.) *Feſt.* v. *Prohibeo*, *Propulſo*, *Reprimo*.

* Ăbarſia *vi accen:* æ, f. *Beda*. v. *Infatiabilitas*.

Ăbăvĭa, æ, f. *Dedova*, ali *Babina baba*; *Prededa*, ali *Prebabe mati*; *Babicza vu chetertom kolenu*. Des Groſs-Vatters, *oder* Groſs-Mutters Groſs-Mutter; e. Ur-Ur-Groſs-Mutter; Ur Anfrau; Ur-Alt-Mutter. *Nagy-apámnak* vagy *Nagy-anyámnak Nagy-annya*, *ükbőd-annya*. ita *Cajus Dig. lib.* 38. *tit.* 10. *leg.* 1.

Ăbăvuncŭlus, i, m. *Synon.* Avunculus maximus. *Babine babe* (*po materi*) *brat*; *Prebabin oujecz*; *Vujecz vu chetertom kolenu*. r. Ur-Alt-Mutter-Bruder. *Nagy-anyám nagy-annyának öttse* vagy *bátya*. ita *Cajus l. c. leg.* 3.

Ăbăvŭs, i, m, Cic. *Prededov otecz*; *Dedov* ali *Babin ded*; *Dedek vu chetertom kolenu*. Des Groſs-Vatters *oder* Groſs-Mutter Groſs-Vatter; r. Ur-Ur-Groſs-Vatter; Ur-Anherr, Ur-Alt-Vatter, Ur-Ahn-Vatter, Ur-Ahne. *Nagy-apámnak* vagy *Nagy-anyámnak nagy-apa*; *ősöd-nagy-attya*. ut docet *Paulus l. c. leg.* 10.

* Ăbax, ăcis, f. *Jabolen.* v. *Abacus*.

* Abbās, ătis, m. (*à Syriaco* Abba, *latinè* Pater.) Sidon. *Opat*. r. Abbt. *Apát-Ur*. v. *Antiſtes*, *Prælatus*.

* Abbătĭă, æ, f. *latinè* Antiſtitis dignitas, munus. *Opatia*, *Opatztvo*, *Opatovina*. e. Abbtey, s. Abbts-Amt. *Apát-Uraság*.

† Abbătĭālis, le, *rectius dixeris* Ad Abbatem pertinens. *Opatov*, *a*, *o*. Aebbtiſch. *Apát-uri*.

† Abbătĭŏlă, æ, f. *Opatovinicza*. Kleine Abbtey. *Apát-Uraságotska*.

† Abbătiſſa, æ, f. *Syn.* * Archĭmandrĭtis. v. *Antiſtita*.

Abbrĕvĭātio, ōnis, f. *Prikratenye*, *Podkratyenye*. e. Abkürtzung, kürtzerung. *Meg-rövidítés*.

Abbrĕvĭātŏr, ōris, m. *Prikratitel*. r. Abkürtzerer. *Meg-rövidítő*.

† Abbrĕvĭātūra, æ, f. v. *Abbreviatio*.

Abbrĕvĭo, ās, ārĕ, āvi, ātum. (Act.) Veget. *Prikratyujem*, Inf. *prikratiti*. Abkürtze. *Meg rövidítem*.

Abdĭcātio, ōnis, f. *Odſzoojenye*, *Odtujenye*. e. Abkündung, Abkündigung. *Félre-tévés*, *Meg-tagadás*. v. *Renunciatio N.* 2. *Repudiatio*, *Reſignatio N.* 2. *Privatio*, *Abrogatio*.

Abdi-

Digitized by Google

Abdicatio dictaturæ. *Liv.* Abdicatio filii : *h.e.* abnegatio, repudiatio, bonorum privatio. *Plin.*

Abdicativus, a, um. v. *Negativus.* Abdicativa propoſitio. *Apul.*

Abdĭco, as, āvi, ātum, (Act.) *Odſzvájam, Odvergávam.* Verſtoſſe, Ablege. *Kitulajdonitom, Meg-vetem.* v. *Privo, Reſigno N. 2. Repudio, Renuncio N.* 2. Abdicare præturam. Magiſtratu ſe abdicare : *Phras.* Ponere magiſtratum. Miſſos facere honores. Foro ſe ſubtrahere. Curiæ & honoribus multam, longam ſalutem dicere. De provincia diſcedere. Procurationem, Imperiū, Provinciam deponere. Imperiô, magiſtratu præfecturâ abire. *Cic.* Aliquid abdicare : *pro* repudiare, reicere. *Id. 2. de Or.* Filium abdicare : *pro* abnegare, exhæredare, &c. *Szina oddruſiti, od hiſe odtirati. od ocbinſztva odvercbi.* Den Sohn vom haus abſchaffen, ausſtoſſen, enterben. *Az Fiát megvetni, elliani, örökségéü kitulajdonitani.* ita *Nepos*, qui exhæredo *pro* abdico poſuit *in Themiſtocle c. 1.* Quintilanus verò ait abdicari *filium*, ſeu omni jure filii privari, *dum vivit Pater* ; exhæredari, ſeu tantùm ab hæreditate ſubmoveri *poſt mortem.* Addit præterea, conſentientibus *Feſto* & *Nonio* abdicatum *propriè* idem eſſe, ac *à patre negatum, abnegatum, à familia patris abalienatū, omni jure filii privatum:* atque hinc ad alia transferri.

Abdīco is, ĕre, xi, ctum, (Act.) *Odpovédam* ; *Odrekujem.* Inf. *odrechi.* Abſage, Abſpreche. *Lemondok róla.* v. *Averſor, Rejicio N. 2.* Huic opponitur *Addico.* Abdicere vindicias ab aliquo : *pro* abnegare, denegare, recuſare. *Pompon.* Sic *contrà* dare, dicere, addicere, decernere vindicias ſecundum aliquem *eſt* litis vindiciarum victoriam alicui adjudicare. *Liv.* Plura v. in *Vindicia, Faſti N. 2.* Eſt etiam verbum augurale, *ut:* Aves aliquid abdixére *h. e.* Siniſtri quidpiam portenderunt. *Contrà verò* Aves addixerunt, vel admiſerunt *h. e.* proſperum rei eventum ſignificârunt. *Cic.*

Abdĭtē, *Adv.* Cic. v. *Abſconditè, Latenter, Secreto N.* 2.

Abdĭtivus a, um, *h.e.* qui fuit amotus, abductus. v. *Secretus N. 1.* Filius abditivus à patre. *Plaut.* 2 v. *Abortivus N. 1.* ita *Feſt.*

Abditum, i, n. Plin. *Otajno meſzto, ſzkroviſcbe.* Verborgener Ort. *Rejtek-hely.* Item v. *Secretum N. 2. Secretarium N. 1.*

Abditus, a, um, v. *Occultus.* Abditus carceri *pro* in carcere. *Patercul. l. 2.* Abditior, Abditiſſimus, *Auguſt.*

Abdo, is, ĕre, ĭdi, ĭtum, (Act) v. *Abſcondo, occulto.* Domum, in Ægyptum, ſub terram, in tectis ſe abdere. Abdere tabulas. *Cic.* Ferrum intra veſtem, ſub veſte abdere. *Liv.* Rus ſeſe abdere. *Terent.* Abdere ſe agro *pro* in agro. *Horat.* 2. v. *Incumbo N. 2. ſub initium.* In literas, *vel* litteris (*Dativi caſûs*) ſe abdere *pro* incumbere, inſiſtere, inſudare, ſtrenuam operam navare. *Vſzegaſze navuku dati.* Sich dem ſtudiren gäntzlich ergeben. *Egészen a' tanuláſra adni magát.* ita *Cic.* 3. Abdere aliquem in Inſulam : *pro* relegare, deportare. *Tacit.*

Abdōmĕn, ĭnis. n. Cels. *Sztran terbuba okolo pupka, Tuſzto-terbub, Terbub tuſatine, Podterbub.* r. Schmeer-Bauch, Unter-Bauch. *Potrok, Kövérségnek haſa, Has potrok.* Item v. *Sumen N. 1.* ita *Plin.* 2. Transl. v. *Gaſtrimargia, Gula N. 1. Ingluvies N. 2.* Abdomini natus. *Za piti, jeſzti, y ſzpati rodyen. Terbubu ugodyuvecz.* Zum ſchlemmen gebohren. dem Bauch dienend. *Tſak a' haſára vagyon gondja.* v. *Gaſtrimargus, Gulo, Ingluvioſus.* Sic *dicitur* indulgere, inſervire abdomini : *h.e.* ventri, gulæ. *Cic.*

Ăbdūco, is, ĕre, xi, ctum, (Act.) *Odpelyávam, odpelyati. Odvàjam, odvaſati ali odveſzti.* Entführe, Wegführe. *Elvezetem, Elviſzem.* v. *Aveho, Abſtraho, Amoveo N. 1.* Abducere aliquem vi *Cic.* per vim *Liv.* in ſervitutem *Cæſ.* ad nequitiam. *Terent.* Abducere aliquem ab aratro : *pro* abſtrahere. *Cic.* Aliquem ſibi convivam abducere. *Terent.* 2. v *Averto, Subduco N. 1.* Caput ab ictu abducere *h.e.* ictui ſubducere, &c. *Virg.* 3. *Transl.* v. *Amoveo N. 2.* & 4. *Abſtraho, Averto, Traduco N. 2 Retraho.* Animum à ſtudio, homines à ſuis inſtitutis, ſe ab omni Reip. cura abducere. *Cic.* Fide aliquem abducere: *pro* revocare à fide præſtanda. *Id. pro Flacco.* 4. Abducere gradum in terga *pro* referre pedem, fugere. *Sil.* 5. Abdūcĕ *pro* abduc, *Terent.*

Abductio, ōnis. f. *Odpelyanye. Odvezenye.* e. Entführung, das Hinvveg führen. *Elvezetés, Elvivés.* v. *Remotio.*

† Abecedārĭum & Alphābētārium, ii, n. *Abecenevicza, Abecedàr,* peregr. *Alfabet.* s. A. B C-Büchlein. *Abétzés könyv.* Rectiùs diceres Alphăbētum cum *Plin.* aut certè Libellus Alphabetum complectens

Ăbĕcēdārius, ii, m Hieron *Koiſze vucbi abecze.* Ein A. B. C-Schüler. *Abétze tanúló.* Item *Od abecze navucbitel, Sztánya vucbitel.* r. A. B-C-Lehrer. *Abétze tanitó.*

Ăbĕdo, ăbĕdis, *vel* ăbes, &c. v. *Exedo, Abſumo,*

Obedo. Vis locuſtarum abederat. *Tacit.* 15. *Annal. c.* 5. Sed legendum eſſe *ambederat* docent *Lipſius, Gronovius, & alii melioris notæ Gram.*

Ăbellīna, (nux) æ, f. v. *Avellana.* Sic dicta ab *Abella*, ſeu potius *Avella*, Campaniæ oppido, quod ejusmodi nucibus abundat. *Plin. l.* 15. *c.* 22.

Ăbĕmo, is, ĕre, &c. (Act. *Obſol.*) Plaut. v. *Adimo, Auſero N.* 1. ita exponit *Feſt.*

Ăbeo, is, īre, ivi, *vel* ii, itum (Neu.) Liv. *Odhájam. Odhádyam.* Inf. *Odīti.* Hinvveg gehe, Davon gehe. *Elmégyek.* v. *Recedo N.* 1. 2. Formulæ *imprecantis* apud *Terent.* In malam crucem, in peſtem, in cruciatum, ad corvos abi: *pro* faceſſe, abi dierectè. v. in *Dierecta, Faceſſo N* 2. 3. v. *Deſino, Præterlabor N* 2. Tempus abiit. *Cic.* Fides abiit *pro* deſiit. *Liv.* 4. Hæc res in diem abiit: *pro* in aliud tempus dilata eſt. *Ovo dugovanye jeſzt na dalye odolecbeno.* Dieſe Sache iſt verſchoben vvorden. *Ez a' dolog továbra halaſzt atott.* ita *Terent.* 4. Abire cœptô *pro* deſiſtere à cœpto. *Pocbeto dugovanye puſztiti. Od pocbetoga dugovanya preſztati, benyati.* Von angefangenen ding aufhören, abſtehen, nachlaſſen. *Kezdet dolgát félben hagyni.* Liv. *Sic* Nauſea abiit *pro* ceſſavit. Ab jure non abire *pro* non diſcedere, illud non deſerere. *Cic.* 5. In ora hominum pro ludibrio abire *pro* irrideri, explodi ab hominibus. *Liv.* 6 Fructus in ſumptus abeunt *pro* dilabuntur, inſumuntur, impenduntur. *Cic.* 7. Pretium retro abiit *pro* imminutum eſt. *Plin.* 8. E vita abire, *Cic.* E medio abire, *Terent.* Vitâ abire, *Plaut.* id eſt *mori.* 9. Magiſtratu abire, *h.e.* magiſtratum deponere, ſe eo abdicare. *Liv.* 10. Oppidum in villas abiit *pro* mutatum, converſum eſt. *Plin.* 11. In vanum, in fumum abire *pro* evaneſcere, irritum fieri. *Senec.* 12. Abire viam *pro* per viam. Abire urbe *pro* ex urbe. *Plaut.* 13. Fugâ abire *pro* fugere. Abire ripā *pro* ad ripam, *vel* in ripam. *Virg.* 14. In ſententiam alicujus abire *pro* concedere, tranſire. *id eſt* alicui conſentire, aſſentiri. v. in *Tranſeo N* 6. 15. Hoc in conſuetudinem abiit: *pro* conſuetum eſt factum; Conſuetudo obtinuit, inveteravit, invaluit. *To je jur navadno.* Das iſt ſchon gevvöhnlich, gebräuchlich. *Az-az már ſzokott, Meg-rögzött az a' ſzokás.* v. in *Invaleo.* In oblivionem abire: *h e.* in oblivionem venire; oblivioni dari, tradi. *Zpozablyenomu poſztati: Vu zpozablyenye doſzpeti.* Vergeſſen vverden: In die Vergeſſenheit kommen. *Meg-felejkeztetni.* Similia paſſim *Cic. Liv.* aliique habent.

Ăbĕquĭto, ās, āvi, ātum. (Neu.) *Odjabſoam, Odjaſſujem, Odjabujem, odjahati.* Hinvveg reite, Davon reite. *Lovon elmégyek.* Apud *Liv. l.* 24. *c.* 31. Ubi alii leg. *obequitarent* pro *abequitarent.*

Ăbercĕo, ēs, v. *Abarceo.* tribuitur *Plauto*, ſed apud quem exemplum hujus verbi non facile reperias.

Ăberrātio, ōnis, f. Cic. *Puto-zgubje, zkrivenye.* peregr. *Falenye, Fulyanye.* e. Irr-gehung. *Eltévelyedés.* v. *Erratio.* 2. Transl. v. *Recreatio N.* 2. *Relaxatio N.* 2. quæ dicitur à *Plinio* Ăvŏcāmentum.

Ăberro, as, avi, atum, (Neu.) *Syn.* Viâ deflecto, recedo, erro. *Bludim; Zabludujem, zabluditi.* Verirre, &c. v. *Devio, Deerro, Exerro.* A meta, Viâ, à via, de via, longiùs ad aliquem aberrare. 2. *Transl.* Propoſitô, à propoſito, à communi utilitate aberrare *pro* recedere, deflectere, digredi, exerrare. Aberrare à miſeria: *h.e.* à mœrore animum avocare, cogitationem à miſeria avertere. 3. Verbô, conjecturâ, *vel* à conjectura aberrare *pro* falli, opinione ſua decipi. Hactenus *Cic.* 4. v. *Differo N.* 6. Orationes inter ſe aberrant. *Liv.* 5. Aberrare in melius *pro* diſcedere ab exemplari, & aliquid ipſo exemplari melius facere. *Plin.*

Ābſŏrĕ *pro* Abſuturum eſſe. Virg. *Nazochi nebuducbega, kojega nazochi nebude.* Abvveſend ſeyn. *Távol fogni lenni.*

Abgrĕgo, as, &c. *Feſt.* v. *Segrego.*

Ăbhinc, *Adv.* v. *Antehac, Ante.* Abhinc annis (& annos) quindecim. *Pred petnajſztemi letmi.* Vor funfzehen Jahren. *Ezelött tizenöt eſztendövel.* Paucis (paucos) abhinc diebus *pro* paucis antè diebus. *Pred nekuliko dnevi. Pred malim vremenom.* Vor vvenig tagen. *Kevés nap elött. Cic.*

Ăbhorrens, entis, *om.* v. *Alienus N.* 2. *Differens.* Mos abhorrens ab aliqua re, *vel* alicui rei. *Liv.*

Manticŭlārius, ii, m. Tertull. *Biſzago-kradlyivecz, moſnyo-ali keſze-rez, tat.* r. Beutelſchneider, Dieb. *Erſzény lemetélő, Lopó.*

Manticŭlor, aris, ari, atus ſum, (Dep.) Feſt. *Torbe preglédam, pod kepenyek ali plaſch otajno jemlyem, zpred ochi kradem; Iz ſepa kaj tatczki vadim, jemlyem; Tugye moſnye praznim, odreſujem, &c.* Aus der Taſchen nehme, unter den Mantel ſtecke, heimlich vor Augen ſtehle, Beutelſchneiderey treibe. *Tzigánykodom, valaki erſzényében vagy zſebében kere kedem.*

Mantīle, is, n. *Ovid.* propriè V. *Mantele.* Vulgo verò accipitur pro ſolo Linteo, quo manus terguntur. V. *manutergium.*

Mantīliārius, ii, m. Plaut. *Ki Ruchnike, ſztólnyake &c. déla, ſ'iva.* r. Handtuch-*oder* Handquel-macher, Schneider. *Kendő, Abroſz tſináló ſzabó.*

Mantiſcinor, aris, ari, atus ſum. (Dep.) Plaut. V. *Divino.*

Mantiſſa, æ, f. (*aliàs* Mantīſa) Feſt. *Pridavek, Pridav, Pridodak, Nadavek, Nadodak, Nadodavak.* e. Zugab, r. Zuvvurff, e. Zuvvaag. *Rendelt eledelhez adatott toldalék, ſzerzés.*

Manto, as, are, avi, atum, [Neut. *abſol.*) Plaut. V. *Expecto, maneo.* Manta modò; *pro* expecta. *Plaut.*

Mănuāle, is, n. *Ruchna kniſicza, molitvena kniſicza,* vulgo *manuoal.* s. Hand-Büchlein, Beth-Büchlein. *Imádſágos könyv.*

Manualis, is, *com.* le, n. Plin. *Ruchni, naruchni, k-ruki zpadajuchi, za jednu ruku ſ'irok.* Zur Hand gehörig, Hand-breit, Hand-vveit. *Kézi, kézhez-való, kézben foghatő, egy kéz, egy nyomnyi ſzéles.*

Mănuārius, a, um, Gell. *Z-rukami zaſzluſen, z-delom ruk zadoblyen.* Mit Hand-Arbeit gevvonnen. *Kézi munkával nyert, keresett.* Item V. *manualis.*

Mănūbiæ, arum, f. *Plur.* Cic. *Vojnichki dobitek, dobichek od obladanoga nepriatela vuzet, zadoblen.* e. Kriegs-Beut von übervvundenen Feind gevvonnen. *Ellenſégtől táborba nyert préda.* Hinc Transl. ad alia in genere V. *Præda, ſpolium.* ità *Cic.* Manubias facere: *pro* prædari. *Cic.* 2. apud Aſconium. *Penezi iz prodanoga vechenega dobitka prieti.* Aus Verkauffung der Kriegs-Beut gelöſtes Geld. *Prédából árrúlt pénz.*

Manubiālis,

Digitized by Google

Manubiālis, is, *com.* le, n. Svet. *Vu nepriatelske vojſzke razboju doblen, k-vojnichkomu ſzilnomu dobitku zpadajuchi.* Von übervvundenen Feinden gevvonnen, zur Kriegs-Beut gehörig. *Prédából-való.*

Manubiārius, a, um, Plaut. *Idem.*

Mănūbius, a, um, Plaut. *Idem.*

Mănūbriātus, a, um, Ammian. *Derſalo imajuchi.* Hefft habend, mit einer Handhab. *Nyeles, maroklatos.*

Manubriŏlum, i, n. Celſ. *Ruchicza, derſalcze, Toporiſchecze, Balangyicza.* Kleines Hefft, Hefftlein, Handgriffein. *Nyeletske, Moroklatotska.*

Mănūbrium, ii, n. Plaut. *Ruchicza, Derſalo, Toporiſche, Balangya &c.* e. Handhebe, r. Hefft. *Maroklat, nyele valaminek.*

Mănuciŏlum, *vel* Maniciolum, li, n. Petron. V. *Faſciculus N.* 1. *Manipulus N.* 1.

Mănŭcŭla, (*aliis* Mănūcŭla, *idem eſt de cateris hujuſmodi derivatis*) æ, f. Vitruv. V. *Manica N.* 1.

Manucŭlātus, Maniculātus, *vel* Manuleātus, a, um, Plaut. V. *Manicatus.*

Mănū dūco (*vel inſtar Compoſita vocis* Mănŭdūco, *id quod & de aliis hujusmodi compoſitis, qua brevitatis gratiâ pratermitto, intelligi debet.*)is, ere, uxi, ŭctum. (Act.) *Za ruku pelyam, vodim, kôga vu kaj vputyujem.* Bey der Hand führe, anleite. *Kézen vezetem, valakit valamire igazgatok.*

Manuductio, onis, f. *Za ruku pelyanye, vodenye, vputenye.* e. Handleitung, Anleitung. *Kézen vezetés, igazgatás, oktatás.*

Manuductor, oris, m. *Za ruku voditel, vodya, vpuchavavecz.* Bey der Hand Führer, Leiter. *Kézen vezetö, igazgató, oktató.*

Manufactūra, æ, f. Plin. *Ruke-delo, z-rukum vuchinyena dugovanye.* e. Hand-Arbeit, Waar ſo mit der Hand gemacht vvird. *Kézi munka, kézzel tſinált munka.*

Manufactus, a, um, Cic. *Z-rukum napravlyen, Ruko-delni.* Von Hand gemacht. *Kézzel tſinált.* Item V. *Artificialis.*

Mănūlĕa, (Mănūlĕa) æ, f. Vitr. V. *Manica N.* 1.

Manuleārius, ii, m. Plaut. *Krajâch, ki z-rukavi opravu déla.* r. Schneider der mit Ermeln Kleyder machet. *Hoſzſzú újú rukát varró ſzabó.*

Manuleātus, a, um, Plaut. V. *Manicatus.* Homo manuleatus: *id eſt* Tunicis manicatis indutus. *Soeton.*

Manumiſſio, onis, f. Cic. *Szlobode davanye, ojâ! b dyenye; od podloſnozti odpuſchanye, odvezanye: ſzlobodnozti dopuſchanye.* e. Freylaſſung, Befreyung, Erlaſſung der Leibeigenſchafft. *Rabſágból, jobbágyſágból ſzabadſágra botſátás.*

Manumiſſor, oris, m. Tertull. *Szlobode davavecz, ſzloboditel, puſztitel, odpuſchavecz, ki kôga iz ſzuſanſztva ali podloſnozti ſzvoje puſcha.* r. Befreyer, Lediglaſſer, der einen in die Freyheit ſetzet. *Rabſágból, jobbágyſágból ſzabadſágra botſátó.*

Mănūmitto, *aliis* mănūmitto, is, ere, īſi, iſſum, (Act.) *Sic & alia quàm plurima verba, cum ſuis derivatis, eodem jure componi poſſunt.*) Cic. *Szlobodu dijem, ſzlobodnoga chinim, odpoſſ'yam, vu ſzlobodſchinu poſztavlyam; Iz ſzlu·be, duſne podloſnozti ali ſzuſanztva drugam puſcham.* e. Freyheit gebe, in die Freyheit ſetze, frey mache, der Dienſtbarkeit, Leibeigenſchafft erlaſſe. *Szabadſágra botſátom; Jobbágyomat, rabomat ſzabad emberré téſzem.*

Mănūor, aris, atus ſum. *Verb. Antiqu.* (Depon.) *Laberius* apud Gell. V. *Furor.*

Manuprĕtium, ii, n. Cic. *Plácha za delo, preſtimavanye dela.* r. Macher-Lohn, e. Schätzung der Arbeit. *Munkái bér, munka fizetés.* Alii legunt *Manupretium & Manipretium.*

Mănūs, ûs, f. Cic. 1. *Ruka.* e. Hand. *Kéz. Ujjus:* Plenâ manu. Cic. *Z-punum rukum, obilno.* Mit voller Hand, reichlich. *Teli kézzel, Böven.* Vide *Amplè, Copiosè, Abundanter.* Per manus: *pro* Operâ manuum. *Cic.* Manibus, pedibúſque aliquid agere: *pro* omnibus viribus, omni conatu, ſummâ diligentiâ. Terent. *Z-vſzum marlivoſtjum y mochjum kaj opravlyati.* Mit allen Fleiſs und Kräfften etvvas verrichten. *Nagy ſzorgalmatoſſággal és erövel valamit végbez vinni.* Multas manus poſcit hoc opus: *pro* Eſt multi laboris. *Plin.* Manus conſerere, conferre. *Cic.* Item: Accedere ad manum: Nepos. *Iz bliza vojuvati, pochetiſze bitti, na ruke ali ſzablye dojti.* Nahe ſtreiten, anfangen zu ſtreiten, ſchlagen, fechten. *Közélröl harczolni, badakozni, viaskodni, kardoskodni kezdeni.* Vide *Conſero.* Manum non verterim: *Cic. Vulgus verò:* Nec pedem moverem propterea. *Ja nebi zato ni ruku (nogu) zdignul, genul.* Ich vvollte nicht die Hand darum umkehren. *Még a' kezemet vagy lábamot ſem mozdítanám-meg érette.* Manus dare. *Horat. Et* Manus ſurſum tollere. Cic. *Podlotitiſze, podatiſze, pokornomu biti, privoliti.* Sich untervverffen, ergeben,

 gehor-

berühme. *Meg-ſzeliditem.* Vid. *Cicuro*; *Lenio.*

Manſvēſio, is, ēri, factus ſum. (Paſs. *Anom.*) Gel. *Krotimſze, Pitomimſze; Pitom, krotek, tih poſtájem.* Zahm, ſtill vverde. *Meg-ſzelidülök.*

Manſveſco, is, ere, ēvi, [Neut.] Stat. V. *Manſveſio.* Hinc *metaph.* Tellus manſveſcit arando: *id eſt* bona & fertilis redditur. *Virg.* 2. Activè apud Stat. V. *manſuefacio.*

Manſvētārius, ii, m. Lamprid. *Vkrotitel divjih ſztvarih, kakti kony, medvedov &c.* r. Bändiger, der die vvilden Thiere zahm machet. *Vadat-ſzelidítő.*

Manſvētè, *Adv.* Cic. *Krotko, tiho, pitomo.* Sanfftmüthig, gelind. *Szeliden.*

Manſvētūdo, inis, f. Cic. *Krotkócha, Tihócha, Pitomoſzt.* e. Sanfftmüthigkeit. *Szelidſég, ſzeligyſég.*

Manſvētus, a, um, Cic. *Synon.* Lenis, mitis, Placidus, Cicur, Facilis N. 2. *Krotek, tih, Pitom.* Sanfftmüthig, gelind, zahm. *Szelid, ſzelid.*

Manſum, ſi, n. *Cic.* Cibus, quem dentibus ſuis comminutum Nutrices infantibus præbent.

Mantēle, is, n. *Mart.* Mantēlium, ii, n. Varr. *Sztólnyak.* 1. Tiſch-Tuch. *Abroſz.* 2. apud Plin. V. *Mappa N.* 1.

Mantēlum, & Mantellum, i, n. Lucill. V. *Mantele.* 2. Vid. *Tegumentum*: Hinc *metaph.* à Plauto uſurpatur pro quolibet velamine ad occultandum dolum ſerviente. *Vkanylivi izgovor, bimbeno zakrivalo.* e. Betrügeriſche Ausrede, ein Deckmantel der Boſsheit. *Hazugſág, Ravaſzſág fedező.*

* Mantēs vel mantis, is, m. Cic. V. *Vates, Divinus & ſacerdos N.* 2.

* Mantēum, ei, n. Plin. *Meſzto za prorokuvanye.* r. Orth zum Wahr-oder Weiſſagen. *Jövendőlőt, varáslók ſzoegyülő helyek.*

Mantica, æ, f. Horat. *Biſzaga, putna torba, ſakely na ſzredini razrezan za pobiranye kruha &c. haſznovit.* 1. Felleiſen, r. Wadſack, e. Sattel-Taſche, r. Tourniſter, Rantzen. *Nyatbavető két fél iſzák, tariſznya, által-vető.*

* Manticē, es, f. Cic. *Prorochanſztvo, Prorokuvanya znanye. Prorochtva umetje.* e. Wahr-oder Weiſſager-Kunſt. *Jövendőlő, vagy varáslo, Jóſolő meſterſég.*

Manticūla, æ, f. (*Dimin.*) Feſt. *Torbicza, Biſzagicza.* 1. Räntzlein, kleines Felleiſen, Säcklein. *Iſzákotska, Tariſznyátska, által-vetőtske.*

Manticūlārius, ii, m. Tertull. *Biſzaga-kradlyivecz, moſnye-ali keſze-rez, tat.* r. Beutelſchneider, Dieb. *Erſzény lemetélő, Lopó.*

Manticūlor, aris, ari, atus ſum, (Dep.) Feſt. *Torbe preglédam, pod kepenyek ali plaſch otajno jemlyem, zpred ochi kradem; Iz ſepa kaj tatczki vadim, jemlyem; Tugye moſnye praznim, odreſujem, &c.* Aus der Taſchen nehme, unter den Mantel ſtecke, heimlich vor Augen ſtehle, Beutelſchneiderey treibe. *Tzigánykodom, valaki erſzényében vagy zſebében kerekedem.*

Mantīle, is, n. *Ovid.* propriè V. *Mantele.* Vulgo verò accipitur pro ſolo Linteo, quo manus terguntur. V. *manutergium.*

Mantīliārius, ii, m. Plaut. *Ki Ruchnike, ſztólnyake &c. déla, ſiva.* r. Handtuch-oder Handquel-macher, Schneider. *Kendő, Abroſz tſináló ſzabó.*

Mantiſcinor, aris, ari, atus ſum, (Dep.) Plaut. V. *Divino.*

Mantiſſa, æ, f. (*aliàs* Mantiſa) Feſt. *Pridavek, Pridav, Pridodak, Nadavek, Nadodak, Nadodavak.* e. Zugab, r. Zuvvurff, e. Zuvvaag. *Rendelt eledelhez adatott toldalék, ſzerzés.*

Manto, as, are, avi, atum, [Neut. *abſol.*) Plaut. V. *Expecto, maneo.* Manta modò pro expecta. *Plaut.*

Mănuāle, is, n. *Ruchna kniſicza, molitvena kniſicza*, vulgo *manuual.* s. Hand-Büchlein, Beth-Büchlein. *Imádſágos könyv.*

Manualis, is, *com.* le, n. Plin. *Ruchni, naruchni, k-ruki zpadajuchi, za jednu ruku ſirok.* Zur Hand gehörig, Hand-breit, Hand-vveit. *Kézi, kézbez-való, kézben fogható, egy kéz, egy nyomni ſzéles.*

Mănuārius, a, um, Gell. *Z-rukami zaſzluſen, z-delom ruk zadoblyen.* Mit Hand-Arbeit gevvonnen. *Kézi munkával nyert, kereſett.* Item V. *manualis.*

Mănūbiæ, arum, f. *Plur.* Cic. *Vojnichki dobitek, dobichek od obladanoga nepriatela vuzet, zadoblen.* e. Kriegs-Beut von übervvundenen Feind gevvonnen. *Ellenſégtől táborba nyert préda.* Hinc Transl. ad alia in genere V. *Præda, ſpolium.* ità Cic. Manubias facere: *pro* prædari. *Cic.* 2. apud Aſconium. *Penezi iz prodanoga vechenoga dobitka prieti.* Aus Verkauffung der Kriegs-Beut gelöſtes Geld. *Prédából árrúlt pénz.*

Manubiālis,

Digitized by Google

Manubiālis, is, *com.* le, n. Svet. *Vu nepriatelske voiſske razboju doblen, k-vojnichkomu ſzilnomu dobitku zpadajuchi.* Von überwundenen Feinden gewonnen, zur Kriegs-Beut gehörig. *Prédából-való.*

Manubiārius, a, um, Plaut. *Idem.*

Mănūbĭus, a, um, Plaut. *Idem.*

Mănūbriātus, a, um, Ammian. *Derſalo imajuchi.* Hefft habend, mit einer Handhab. *Nyeles, maroklatos.*

Manubriŏlum, i, n. Celſ. *Ruchicza, derſalcze, Toporiſchecze, Balangyicza.* Kleines Hefft, Hefftlein, Handgriffein. *Nyeletske, Maroklatotska.*

Mănūbrĭum, ii, n. Plaut. *Ruchicza, Derſalo, Toporiſche, Balangya &c.* e. Handhebe, r. Hefft. *Maroklat, nyele valaminek.*

Mănuciŏlum, *vel* Maniciolum, li, n. Petron. V. *Faſciculus N.* 1. *Manipulus N.* 1.

Mănŭcŭla, (*aliis* Mănūcŭla, *idem eſt de ceteris hujuſmodi derivatis*) æ, f. Vitruv. V. *Manica N.* 1.

Manucŭlātus, Maniculātus, *vel* Manuleātus, a, um, Plaut. V. *Manicatus.*

Mănū dūco (*vel inſtar Compoſitæ vocis* Mănŭdūco, *id quod & de aliis hujusmodi compoſitis, quæ brevitatis gratiâ prætermitto, intelligi debet.*) is, ere, uxi, ŭctum. (Act.) *Za ruku pelyam, vodim, kōga vu kaj vputyujem.* Bey der Hand führe, anleite. *Kézen vezetem, valakit valamire igazgatok.*

Manuductio, onis, f. *Za ruku pelyanye, vodenye, vputenye.* e. Handleitung, Anleitung. *Kézen vezetés, igazgatás, oktatás.*

Manuductor, oris, m. *Za ruku voditel, vodya, vpuchavavecz.* Bey der Hand Führer, Leiter. *Kézen vezető, igazgató, oktató.*

Manufactūra, æ, f. Plin. *Ruke-delo, z-rukum vuchinyeno dugovanye.* e. Hand-Arbeit, Waar ſo mit der Hand gemacht wird. *Kézi munka, kézzel tſinált munka.*

Manufactus, a, um, Cic. *Z-rukum napravlyen, Ruko-delni.* Von Hand gemacht. *Kézzel tſinált.* Item V. *Artificialis.*

Mănūlĕa, (Mănūlĕa) æ, f. Vitr. V. *Manica N.* 1.

Manuleārius, ii, m. Plaut. *Krajachb, ki z-rukavi opravu déla.* r. Schneider der mit Ermeln Kleyder machet. *Hoſzſzu ujjú rukát varró ſzabó.*

Manuleātus, a, um, Plaut. V. *Manicatus.* Homo manuleatus: *id eſt* Tunicis manicatis indutus. *Sueton.*

Manumiſſio, onis, f. Cic. *Szlobode davanye, oſzlobodyenye: od podloſnozti odpuſchanye, odozzanye: ſzlobodnozti dopuſchanye.* e. Freylaſſung, Befreyung, Erlaſſung der Leibeigenſchafft. *Rabſágból, jobbágyſágból ſzabadſágra botſátás.*

Manumiſſor, oris, m. Tertull. *Szlobode davavecz, ſzloboditel, puſztitel, odpuſchavecz, ki kōga iz ſzuſanſztva ali podloſnozti ſzvoje puſcha.* r. Befreyer, Lediglaſſer, der einen in die Freyheit ſetzet. *Rabſágból, jobbágyſágból ſzabadſágra botſátó.*

Mănūmitto, *aliis* mănūmitto, is, ere, īſi, iſſum, (Act.) *Sic & alia quàm plurima verba, cum ſuis derivatis, eodem jure componi poſſunt.*) Cic. *Szlobodu dijem, ſzlobodnoga chinim, odpuſtyam, vu ſzobodſchinu poſztavlyam: Iz ſzlu be, duſne podloſnozti ali ſzuſanztva drugam puſcham.* e. Freyheit gebe, in die Freyheit ſetze, frey mache, der Dienſtbarkeit, Leibeigenſchafft erlaſſe. *Szabadſágra botſátom: Jobbágyomat, rabomat ſzabad emberré téſzem.*

Mănŭor, aris, atus ſum. *Verb. Antiqu.* (Depon.) *Laberius* apud Gell. V. *Furor.*

Manuprĕtium, ii, n. Cic. *Plácha za delo, preſtimavanye dela.* r. Macher-Lohn, e. Schätzung der Arbeit. *Munkái bér, munka fizetés.* Alii legunt *Manupretium & Manipretium.*

Mănŭs, ûs, f. Cic. 1. *Ruka.* e. Hand. *Kéz.* *Uſus:* Plenâ manu. Cic. *Z-punum rukum, obilno.* Mit voller Hand, reichlich. *Teli kézzel, Bōven.* Vide *Amplè, Copiosè, Abundanter.* Per manus: *pro* Operâ manuum. *Cic.* Manibus, pedibúſque aliquid agere: *pro* omnibus viribus, omni conatu, ſummâ diligentiâ. Terent. *Z-vſzum marlivoſztjum y mochjum kaj opravlyati.* Mit allen Fleiſs und Kräfften etwas verrichten. *Nagy ſzorgalmatoſſággal, és erővel valamit végbez vinni.* Multas manus poſcit hoc opus: *pro* Eſt multi laboris. *Plin.* Manus conſerere, conſerre. *Cic.* Item: Accedere ad manum: Nepos. *Iz bliza vojuvati, pochetiſze bitti, na ruke ali ſzablye dojti.* Nahe ſtreiten, anfangen zu ſtreiten, ſchlagen, fechten. *Közelről hartzolni, hadakozni, viaskodni, kardoskodni kezdeni.* Vide *Confero.* Manum non verterim: *Cic.* *Vulgus verò:* Nec pedem moverem propterea. *Ja nebi zato ni ruku (nogu) zdignul, genul.* Ich wollte nicht die Hand darum umkehren. *Még a' kezemet vagy lábamot ſem mozdítanám-meg érette.* Manus dare. *Horat.* *Et* Manus ſurſum tollere. Cic. *Podloſitiſze, podatiſze, pokornomu bitti, privoliti.* Sich unterwerffen, ergeben,

 gehor-

gehorchen, *oder* gehorſam ſeyn, zu etvvas vervvilligen. *Kezet adni*, *Magát más-alá vetni*, *Engedelmes lenni*, *Egyet érteni*. Manum afferre *vel* inferre: *pro* vim facere. *Cic.* Vide *Infero N.* 11. Manibus prælium facere: *id eſt:* Manus conſerere, cominus pugnare. *Salluſt.* Manu docere: *pro* apertè docere. *Cic.* Manum ferulæ ſubducere: *Eſt* in literis profeciſſe, & jam deſinere in ludo litterario verſari. *Juven.* Manus tollere: *id eſt* ſigna lætitiæ dare. *Cic.* Manum de tabula tollere. Cic. *Vu zverſſenyu kakvoga poſzla lenomu biti*; *pochet poſzel oſztaviti*. In Vollendung eines Dings nachläſſig ſeyn; von der angefangenen Arbeit aufhören, nachlaſſen. *Valami dolognak elvégezéſében reſtelkedni*; *Az elkezdett munkát félbe-hadni.* Manus tendere. *Cæſ. Pomoch*, *miloſchu proſziti*; *molitiſze.* Um die Hülffe, Barmhertzigkeit anruffen. *Segítſéget és irgalmaſságot kérni.* Manum habere intra pallium *vel* ſub pallio: h. e. Languere, in otio verſari, ſinè labore eſſe. *Quintil.* Ad manus rem venire; *vel* Rem ad manus revocare: *pro* Ad arma venire, prælium incipere, Manus conſerere. *Cic.* Summam manum alicui rei imponere: *eſt* rem perficere. *Virg.* Abſtinere manus: *pro* Continere animi impetum. *Cic.* Manus Manum lavat. *Prov. Seneca.* h. e. Alter alteri ſuccurrit, opitulatur, auxilio eſt, opem fert. 2. Metonymicè *Oblaſzt*, *mòch*, *krìpoſzt*. e. Gevvalt, Macht. *Hatalom*, *Tehetség*, *Erő.* *Uſus:* Præ manibus. *vel* manu eſſe. *Plaut.* Inter manus, *vel* ſub manu (Manibus) *vel* in manu (Manibus) alicujus eſſe. Cic. *Riti pod chium oblaſztjum.* Unter eines Gevvalt ſeyn. *Va'aki hatalma alatt lenni.* Eſt ad manum. Cic. *Pri rukah imam*, *pod mojum oblaſztjum je.* Ich habe es bey Handen, unter Händen. *Kezembem vagy kezemnél vagyon*; *hatalmamban vagyon.* Non eſt in mea manu. Plaut. *To mi na mojoj volyi*: *To mi pod mojum oblaſztjum.* Das ſteht nicht bey mir. *Nem rajtam áll*, *nintſen az én akaratomban.* 3. Pariter Metonymicè. *Ruke piſzmo.* e. Handſchrifft. *Kéz írás.* Manus eorum docent. Cic. *Piſzma nyihova vuchè y ſzvèdoche.* Ihre Handſchrifften bevveiſen dieſes. *Magok kezek íráſai bizonyítják.* 4. iterum *Metonymicè* Vid. *Picturæ.* ità Mart. 5. Transl. *Vnoſina*, *kup lyudatva*, *kupchina Junakov &c.* Ein Hauffen Volcks. *Hadi Sereg*, *Gyülés.* Parata prælio manus. Tacit. *Kupchina junakov za vojuvanye pripravna.* Ein Hauffen Soldaten, ſo zum Streit gerüſtet. *Hadakozásra kéſzen-lévő ſereg.* 6. Præ manu dare pecuniam alicui. Terent. *Kòmu peneze naperve odbroiti.* Einem Geld vorſchieſſen. *Valakinek pénzt előre adni.* 7. Ferrea manus. Lucret. *Selezna machka.* Ein Eyſerner Hacke. *Vas matska*, *vas horog.* &c.

Mănus, a, um, (*obſol.*) *Varr.* & Mănuus, a, um, (*obſol.*) Feſt. V. *Bonus.*

Mănutĕneo, es, ere, ui, entum, (Act.) *Kaj branim*, *vu pervom ſztaliſſu vderſavam.* Vertheidige, ein Ding bey ſeinem Weſen erhalte. *Oltalmazom*, *maga állapotjában meg-tartom.*

Mănutergĭum, ii, n. Iſidor. *Ruchnik*, *obriſzach.* s. Handtuch, Wiſchtuch, e. Handquele, s. Schnuptuch. *Kendő*, *teſzkendő.*

Măpālĭa, ium, n. *plur.* Liv. *Paſztirzke huticze*, *Muzke hiſicze*, *Polſzke kuchicze.* e. Schäffer-Hütten, s. Hirten-Bauern-*oder* Feld Häuslein. *Kalyibák*, *Juhásza hajlékok.*

Mappa, æ, f. Quintil. *Sztolni rubecz*, *za briſzanye ruk y vuſzt rubecz.* s. Teller-Tuch, e. Tiſch-Serviet, s. Fa ſcheinle, Facinet. *Aſztal keſzkenő*, *Tányér törlő.* 2. In ſenſu vulgari V. *Mantele N.* 1. 3. apud *Mathem.* Mappa geographica. *Karta zemelyzka*, *na kojoiſze ali vſza zemlya*, *ali pak ſztran kakva zemlye izpiſſuje.* Eine Land- *oder* Welt-Charte, vvorauff entvveder die gantze Welt, oder ein Theil derſelben entvvorffen iſt. *Tábla*, *mellyen vagy az egéſz világ*, *vagy réſze a' földnek le-írattatik.*

Mappŭla, æ, f. (*Dim.* â Mappa) *Hieronym.* Parva mappa, Linteolum. *Vulgo* Vid. *Mappa N.* 1. 2. propriè: *Mali ſztolni rubchecz*, *obriſzachicz.* s. Teller-Tüchlein, Tiſch-Tüchlein. *Aſztal keſzkenőtske.*

* Mărasmus, i, m. Medic. *Tela ginenye*, *neſztajenye.* e. Leibs-Verzehrung. *Teſtnek elaſzáſa*, *ſzáradáſa.*

* Mărăthrĭtēs, æ, m. Colum. *Iz ſzladkoga Januſſa Vino.* r. Fenchel-Wein. *Kapros-vagy Köményes-bor.*

* Mărăthrum, *vel* Marathron, i, n. Plin. Vid. *Fœniculum.*

Marceo, es, ere, cui, (Neu.) Liv. *Venem*, *tuhnem*, *gynem.* Welch vverde, vervvelcke, verderbe. *Elhervadok*, *Fonnyadok.* 2. Transl. apud *Lucr.* Vid. *Dejicio N.* 1. *Langueo.*

guet. Marcet animus : *pro* Languet. *Celſ.* Marcere Vinô. Liv. *Od vina oſzlabiti, ſzlabomu poſztati.* Vom Wein ſchvvach vverden. *Bortól meg-erőtlenedni.*

Marceſcibilis, is, *com.* le, n. PP. *Povenliv, tubniv, ginliv, gnyinliv, cheſza neſztaje, prehajajuchi.* Vervvelcklich, vergänglich. *Elfonnyadható, hervadható.*

Marceſco, is, ere, (Inch.) Plin. *Venuti, ginuti, tubneti, gnyiti pochinyam.* Welck, vverde; anfange faul, vvelck zu vverden. *Fonnyadni, hervadni, ſenyvedni kezdek.* 2. Metaph. V. *Langueſco.* Marceſcere deſidiâ & otiô. Liv. *Zevſzemaſze polêniti; V-nemar y lênoſzt ſze puſztiti; Dokoncza lenomu poſztati, biti.* Gantz faul und träg ſeyn. *Elpuhulni a' nagy reſtség miá.*

† Marchio, ōnis, *com.* *Et* † Marggravius, ii, m. *Latinè* Limitum Dominus, *vel* Limitum Præfectus. *Goſzpodin Megye, Megye vlaſztelin, Poglavár Megye.* r. Marggraff, Grentz-Richter. *Márk-gróf-úr; Tartománynak, határnak tiſztje.*

† Marchionātus, ûs, m. *Megye-Vlaſztelinztvo; Megy poglavarztvo, Goſzpodinztvo.* e. Marggraffſchafft. *Márk-gróf-uraság; Tartománynak, határnak tiſztsége.*

Marcidulus, a, um, (Dim.) Martian. Capell. *Malo povenyen, navenyen; malo tubnen, Prituhnen.* Etvvas vvelck, ein vvenig faul *oder* hinfällig. *Kevéſre fonnyadt, rothadott.*

Marcidus, a, um, Ovid. *Povenyen, tubnen.* Welck. *Elfonnyadtt, elhervadtt.* Tranſl. apud *Plin.* Vid. *Languidus.*

Marcius, (Martius, Marſicus) panis, *aliàs* Paſta regia. *Marczepan, oſzebuine ſzladkoche y dobrote krub.* r. Marcipan. *Mártzapánk.*

Marcor, ōris, m. Senec. *Tubnenoſzt, venenye, gnyilina, Povenyenoszt.* e. Vervvelckung. *Elfonnyadás, Elhervadás.* 2. Tranſl. apud *Vellej.* Vid. *Languor.*

Marcŭlus, i. m. Martial. *Kovachko, naimre pak kotlarzko kladivcze, iliti natukachecz.* s. Schmied-Hämmerlein, Kupfferſchmied-Hämmerlein. *Kovátſok kalapátſa, Rézm-veſek kalapátja.*

Măre, măris, n Cic. *Morje, more.* s. Meer. *Tenger.* Mare cœlo miſcere: *Virg. vel* confundere: *Juven.* h. e. omnia perturbare, nihilque non tentatum relinquere, Mari, terrâque quærere; *eſt* ſummam diligentiam in re quapiam inveſtiganda adhibere. *Cic.* Maria & montes polliceri: *eſt* res maximas polliceri. *Salluſt.*

Marga, æ, f. Plin. *Béla zemlya za gnojenye polya haſznovita.* Gevviſſe vveiſſe Erden. *Fejér kréta ſzabású föld.*

* Margăris, idis, f. Plin. *Od palme drévá ſzád biſzeru ſzpodoben.* Eine Gattung Dattel-Kern. *Pálma gyümölts gyöngyhöz haſonló.*

* Margărita, & Margărĭta, æ, f. Cic. *Biſzer, Gyungy.* s. Perlein. *Drága gyöngy.*

Margaritārius, ii, m. Jul. Firm. *Biſzernik, Biſzero-terſecz, Gyungyar, Gyungyo-terſecz.* r. Perlein-Krämer, Jubilierer. *Gyöngy-árros.*

Margaritātus, a, um, Fortunat. *Z-biſzerom nakinchen.* Mit Perlein geziehret. *Gyöngyel ékesitett.*

Margaritĭfer, ĕra, ĕrum: Plin. *Gyungyo-noſz, Biſzero-noſz.* Das Perlein trägt. *Gyöngy-termő.*

Margaritum, i, n. Tacit. V. *Margarita.*

Marginālis, is, *com.* le, n. *Krajni, k-kraju ali k-okrajku zpadajuchi.* Zum Rand gehörig. *Szélhez-való.*

Margĭnātus, a, um, Plin. *Kraj ali okrajek imajuchi.* Das einen Rand hat. *Széles, kinek ſzéle van.*

Margĭnĕus, a, um. *Idem.*

Margino, as, are, avi, atum, (Act.) Liv. *Kraje délam, okrájam.* Einen Rand mache, Berande. *Békeritem, Bépárkányozom.*

Margo, ĭnis, m. *vel* f. *Curt.* Extremitas, atis; f. Cic. *Kraj, okrajek, konecz.* Rand, Bort eines Dings. *Széle akárminek.* Margines Libri, folii, fluminis, imperii &c. *id eſt* Extremæ partes, ſeu Extremitates.

MĂRĬA, *vel* MARĪA, æ, f. *Preſzladko y ſzlavno Ime Bogorodicze, prechiſzte vſzagdar Devicze; prez vſzake trube y ſzkrunye griha od Sz. Anne y Joakima prietey rodyene kchere.* r. Süſſe Nahmen der Gebährerin Gottes, der reinſten Jungfrauen; vvelche ohne einziger Mackel der Sünde von der Heil. Anna und Joackim empfangen und gebohren vvorden. *Gyönyörüséges és leg-édeſebb neve az iſten ſzent Annyának, mindenkoron ſzeplötelen maradott ſzüzanek; a' ki minden makula és motſok-nélkül ſzent Annától és Sz. Joákimtól fogantatott és ſzületett.*

Mărīnus, a, um, Cic. *Morſzki, od morja, k-morju ſzpadajuchi.* Aus dem Meer, dem Meer zugehörig. *Tengeri.*

Mărīſca, æ, f. Cato. *Velika y neteebnaſzmokva.*

Digitized by Google

koe. Groſſe und ungeſchmackte Feigen. *Nagy és ízetlen füge.* 2. Transl. apud *Juven.* idem ac *Tubercula ulceroſa*, quæ ex præpoſtera libidine in poſteriore corporis parte enaſcuntur.

Măriſcus, ci, m. *vel* Măriſcum, i, n. Plin. *Morſzki veliki rogoz.* Groſser See-*oder* Meer-Bintz. *Nagy tengeri káka.*

Mărita, æ, f. Horat. *Zakonzka Sena.* e. Ehefrau. *Férjhez mentt Aſzſzony.*

Mărităliſ, is, *com.* le, n. Colum. *Zakonzki*, *hiſno-druſni.* Zu der Ehe gehörig. *Férjhez-való.*

Mărĭtĭmus, a, um, Cic. *Primorzki.* Bey dem Meer. *Tenger mellyéki.* Item V. *Marinus.* Æſtus maritimi *pro* marini. *Cic.*

Mărito, as, are, avi, atum, (Act.) Sveton. *Za muſo dajem*, *V-dajem*, *Omuſim.* Verheirathe, verehliche. *Férjnek-adom.* Dicitur etiam de viris apud *Tacit.* item de Beſtiis apud *Varr.* item de rebus aliis, ut vitibus &c. apud *Horat.* Adulta vitium propagine maritare altas populos: *id eſt* Palmites Vitium altis populis illigare, innectere, circumvolvere. *Horat.*

Mărĭtus, i, m. Cic. *Mus, hiſni tovaruſs, hiſni drüg*, *zakonzki chlovek.* r. Ehemann. *Férj.* Dicitur etiam de beſtiis apud *Horat.* &c.

Mărĭtus, a, um, Liv. *Hiſno-zakonzki, hiſno-tovaruſki, hiſno-druſki*, *druſni* Ehlich. *Férjes, Férji.*

Marmor, ŏris, n. Cic. *Mramor, kruto tverdi kamen.* r. Marmelſtein. *Márvány-kő.* 2. Poëticè apud Virg. V. *Mare.*

Marmŏrārĭus, ii, m. Senec. *Mramorar*, *ki Mramore réſe, gladi, &c.* r. Marmorſtein-Polierer, der im Marmelſtein arbeitet. *Márvány-kő faragó.*

Marmŏrātio, onis, f. Apul. *Mramorenye, Zidanye iz mramora.* e. Bemarmelung, r. Bau aus Marmelſtein. *Márványozás, Márványból épités.*

Marmŏrātum, i, n. Varr. *Iz ztuchenoga mramora y vapna ali drugoga belila napravlyena maz; Pomramorenye; Na ſzpodobu mramora ſztèn kinchenye.* Pflaſter von gezerſtoſſenen Marmelſtein und Kalck gemacht. *Márvány kőből tſinált méſz.*

Marmŏrātus, a, um, Cic. *Pomramoren*; *Z-mramorom obdèlan.* Mit Marmelſteinen beſetzt oder belegt. *Márvány-kővel megrakodtt.* Marmorata pavimenta. Cic.

Marmŏrēus, a, um, Cic. *Mramorni*, *Mramorzki*, *iz mramora.* Marmelſteinern, aus Marmelſtein. *Márvány-kőből-való.* 2. apud *Ovid.* *Metaphoricè* Collum marmoreum. *Bèlo y lèpo gladko gerlo.* Ein vveiſs und ſchön glatter Hals. *Fejér ſzép nyak.*

Marmŏro, as, are, avi, atum, (Act.) Lamprid. *Z-mramora dèlam; na ſzpodobu mramora napravlyam, obdelávam, kinchim.* Aus Marmelſtein mache, dem glatten Marmelſtein gleich mache. *Márványozok, Márvány-kő formára tſinálok.*

Marmŏrōſus, a, um, Plin. *Pun mramora*, *mramoru ſzpodoben.* Voll Marmor, dem Marmolſtein gleich. *Márványos, Márványhoz hafonló.*

*Marra, æ, f. Colum. *Plevelnyak*; *motichicza za podrezavanye ali izkápanye tràv*, *dracha.* e. Jäthaue, s. Grab-Eyſen, e. Krauhacke. *Gyökér ásó kapátska, gyomláló kapátska.*

Mars, martis, m. *per Syncop. ab antiq.* Mamers. *Et per Epenthesin.* Māvors, ortis, m. Cic. *Bòg vojſzke pri Poganineh.* r. Kriegs-Gott Mars bey denen Heyden. *A' hadnak Iſtene.* Mars communis. *Cic. id eſt:* Varius; quia jam huic, jam illi parti favet. 2. Metonymicè. *Boj, Voj, Vojſzka.* r. Krieg. *Had.* Hinc: Aperto marte aliquem aggredi. Ovid. *Odperto y ochivеſzto ſzuprot kômu vojuvati*: *Ochiveſztoſze koga popaſzti.* Einen aufrichteig und öffentlich beſtreiten: *oder*: Einen öffentlich angreiffen, anfahren. *Nyilván valaki ellen hadakozni*: vagy: *Himezés hámozás-nélkül ſzóval reámenni.* Æquo marte pugnare. Liv. *Z-jednakum jakoſztjum y ſrechum vojuvati, boritiſze.* Mit gleichen Kräfften und Glück ſtreiten. *Egyenlő erővel és ſzerentsével hadakozni.* Siniſtro marte pugnare. *Neſzrechno vojuvati.* Unglüchlich kriegen. *Szerentsétlenül hadakozni.* Ancipiti, dubio, *vel* vario marte pugnare. *Dvojno vojuvati*: iliti: *Neſztalnu ſzrechu vu bojuivati.* Zvveiffelhafftig kämpffen. *Kétségeſen hadakozni.* Noſtro marte aliquid agere. Cic. *Iz ſzame naſſe moguchnoſzti*, *prez vſzake tugye pomochi*, *kaj chiniti*, *opraviti.* Aus unſeren eigenen Kräfften etvvas thun. *Magunk tehetségünkből mivelni valamit.* 3. Mars. *Jedna zmed ſzedem meſzto preménynyajuchèh zvèzd* iliti *Planèt, koja vu dveh lettah jenkrat nebo obhaja.* Einer aus den ſieben Planeten, vvelcher bey nahe in zvvey Jahren um den Himmel herum laufft. *Egyike a' hét plánétáknak.* ità Cic.

Marspiter,

Digitized by Google

Marspĭter, ĭtris, m. *id eſt* Mars pater: *Sicut* Jupiter, Jovis pater. *Gell.*

*Marsūpĭum, ii, n. Varro. *Moſnya, keſza za novcze.* s. Geld-Seckel, r. Beutel. *Erſzény, Farſoly.*

Martes, is, f. Martial. *Kuna.* e. Marder. *Neſt, Nyeſt.* Martes ſcythica. *Nyuſzt.* r. Zobel. *Nyuſzt, Nuſzt.*

Martiālis, is, com. le, n. Cic. 1. *K-krivomu Bogu Mart zvanomu zpadajuchi.* Item: *Vojnichki, Taborſzki, Junachki, Vitezki.* Zu dem Abgott Mars gehörig. *Item:* Kriegeriſch, tapffer, Heldenmüthig. *Mársboz-való.* Item: *Hadakozó, hadi.* 2. Martialis, is, m. *Poëta epigrammaticus*, qui ſub Imperatoribus Domitiano, Nerva, & Trajano vixit ac floruit.

Martiānus, a, um, Cic. V. *Martialis N.* 1.

Martĭcōla, æ, m. *Ovid.* Qui Martem colit. *Vojnik, Junak.* r. Kriegs-Mann. *Tábori ember, katona.*

Martĭgĕna, æ, com. Ovid. *Od Boga Voiſzke Mars zvanoga rodyen, rodyena.* Von Mars gebohren. *Márstól ſzületett*, Apud *Plin.* Martigenus, a, um. *idem.*

Martĭus, ii, m. Varro. *Szuſſecz Meſzecz*, ali: *Gregurſchak.* r. Mertz-Monath. *Böjtmás' hava.* Sumitur *Adjective* Martius, a, um. Cic. *K-ſzuſczu meſzeczu zpadajuchi, ſuſchev.* Zum Mertz-Monath gehörig. *Mártziuſi.* Idus martiæ. *Cic.* Item

Martĭus, a, um, Ovid. V. *Martialis, bellicoſus.*

Martŭlus, li, m. Vid. *Marculus.*

*Martyr, ўris, com. Prudent. *Muchenik: kí, z-prelëanyem kervi ſvoje, Iſztini prave verе ſzvedochanztvo daje, y nyu potverdyava.* r. Martyrer, Blut-Zeug, der mit Vergieſſung ſeines Bluts die Chriſtliche Warheit bezeuget. *Mártirom, Vérrel Bizonyság-tévő.* Propriè V. *Teſtis.*

*Martўrĭum, ii, n. *propriè* Vid. *Teſtimonium.* Apud Xtianos *Muchenichtvo, Muchitelztvo.* r. Martyrer-Tod, e. Marterung. *Mártiromság* ità Tertull.

†Martўrīzo, as, are, avi, atum, (Act.) *Muchenike chinim, za kerſztyanzku pravicзu muchim Muchenike.* Martyrer mache, Martyrer beinige. *Mártirommá teſzem, kínzom.*

*Martўrŏlŏgĭum, ii, n. *Muchenikov Kniga.* s. Martyr-Buch. *Mártiromokot hiiró könyv.*

Mās, măris, m. Cic. *Szamecz, Mushaglava.* r. Mann, s. Männl, Mannsbild. *Him, Férjfi.* dicitur promiſcuè de hominibus & beſtiis.

Mascŭleſco, is, ĕre, (Inchoat.) Plin. *Synon.* Maſculus fio. *Szamecz poſztájem. Muskoga ſzpola bivam.* Männlich vverde. *Férjfivá léſzek.*

Maſcŭlētum, ti, n. Plin. *Meſzto, na kojem ſzamczi terſzi na viſzinu rozgue puſchajuchi poſzadyeni jeſzu.* r. Ort allvvo die hoch auferzogene Männel-Wein-Reben gepflantzet ſind. *Magason fák a felbotſátott ſzőlő veſſzőkkel teli hely.*

Maſcŭlinè, *Adv.* Arnob. *Po muſko, kak ſze muskoga ſzpola doſztoja.* Männlich. *Férjfiui módra.*

Maſcŭlinus, a, um, Plin. *K-muskomu ſzpolu zpadajuchi, muskoga ſzpola, Muski.* Zum Mannsbild gehörig, des Männlichen-Geſchlechts, Männlich. *Férifiui, himbez-való.*

Maſcŭlus, i, m. (*Dimin.* à Mas) Liv. *Szamchecz.* s. Männlein. *Himetske, Férjfiatska.*

Maſcŭlus, a, um. Horat. 1. V. *Maſculinus.* 2. apud eundem *Transl.* Vid. *Fortis, Animoſus, Generoſus.*

Maspĕtum, ti, n. *Plin.* Folium Laſerpitii Apio ſimile.

Maſſa, æ, f. Virg. *Téſzto.* r. Teig. *Téſzta.* Transfertur etiam ad alia: *Ut* Maſſa picis. *Virg.* Maſſa ferri. *Colum.*

Maſsăgĕtæ, arum, m. *plur.* à *Singul.* Maſsăgĕtes *vel* Maſſageta. Populus Sarmatiæ Europææ, *aliis* Scythicæ.

Maſsĭcus, i, m. Horat. *Breg vu Kampanii, na kojem oſzebujne dobrote vino ráſzte.* Ein Berg in Gampanien, darauf köſtlicher Wein vvächſt. *Hegy Kámpániában, mellyen igen jó bor termik.*

Maſsĭcus, a, um. Horat. *Zpadajuchi k-rechenoj gori ali bregu.* Zum benandten Berg gehörig. *Maſſikához-való.* Maſſicum Vinum, Virg. *Goſzpodzko y verlo Vino.* Ein herrlicher und köſtlicher Wein. *Drága és úri bor.*

Maſſo, as, are, avi, atum, (Act.) Lucr. *Teſztim, Vteſztim, Téſzto napravlyam.* Teig mache, dick mache. *Dagaſztom.*

Maſsŭla, æ, f. (Dimin.) Colum. *Téſztecze, Malo téſzto.* Kleiner Teig. *Téſztátska.*

Maſtĭcātio, onis, f. Cæl. Aurel. *Snekanye, Svechenye.* Das Käuen. *Megrágás.*

*Maſtĭchē, *vel* Maſtĭcē, es, f. Plin. *Szmola iz drèva Maſtik, drugach Mirzvike.* Ein Gummi aus dem Maſtix-Baum. *Máſtiks fáról-való ſzurok.*

Maſticinus, a, um, Pallad. *Mirtvike-ſemeleni.* Zum Maſtix-Gummi gehörig. *Máſtiks ſzurokh:z-való.* Vid. *Lentiſcinus.*

Maſtico, as, are, avi, atum, (Act.) Medic. *Svem, Svekam.* Kaue, Käue. *Megrágom az-eledelt.* Vid. *Mando, is.*

Maſtigĕus, a, um, & Maſtigeus, ei, m. Plaut. Vid. *Sequens.*

*Maſtigia, æ, m. Plaut. *Bichuvanya vrèden chlovek.* Menſch der Geiſslens vverth iſt. *Oſtorozásra méltó.*

*Maſtigŏphŏrus, i, m. Prudent. Vide *Lictor.*

*Maſtix, igis, m. *Bich, Korbàch.* Eine Geiſſel, Beitſche. *Oſtor, korbát.* 2. Metaph. *Ki drugoga nazochi z-rechmi pſzuje, krivo govorech:* ali iz ſ'ále pſſani, *ſzramoti, prigovarja.* 1. Verläumbder, Schmächer, Schelter, Tadler. *Máſt ſzemben gyaláző, meg-ſzóló, Tsúfoló, Tréfálódó.*

Maſtrūca, *vel* Maſtrūga, æ, f. Veſtis ex pellibus, qua Sardi utebantur. *Cic.*

*Maſtus, i, m. Virg. 1. Vide *Mamilla.* 2. Transl. *Cèvzdenchena, iz koje voda Curi na priliku pèrſz* ali *Czeczka napravlyena.* s. Brunnen-Rohr denen Brüſten gleich. *Kút tsév, tſetsbez haſonló tſatorna.* ità Vitruv.

*Mătæŏtechnia, æ, f. *Meſtria prez vſzake haſzni.* Eine vergebliche Kunſt. *Haſzontalan meſterség.*

Mătella, æ, f. (*Diminut.* à Matula) Mart. *Nochna potrebnoche poſzudicza.* s. Nacht-Geſchirrlein. *Húgyó edényetske.*

Mătellio, ōnis, m. Cic. *Vodena Poſzuda.* s. Waſſer-Geſchirr. *Víz-edény,* 2. apud Vitr. Vid. *Matella.*

Mătĕŏla, æ, f. Cato. *Plevacha, Grablye, Motichicza.* e. Jetthaue, Karſtlein. *Gereblye neme, kapátska.*

Măter, tris, f. Cic. *Majka, Mati, Mater.* e. Mutter. *Anya.* 2. Transfertur & ad Arbores, & ad cauſas rerum alias etiã inanimatas.

Mătercŭla, æ, f. Cic. *Majchicza, Mamicza.* s. Mütterlein. *Anyátska.*

Măterfămĭliās, Matrisfamiliās, f. Cic. *Goſzpodinya, Goſzpodaricza.* peregr. *Gazdaricza.* e. Haus-Frau. *Gazd-Aſzſzony.*

Mătĕria, æ, *vel* Materies, iēi, f. Cic. *Materia, dugovanye, ſztvàr vſzakojachka, iz koje kaj biva, chiniſze.* Aller Zeug, allerley Materi, vvoraus man etvvas macht. *Matéria, minden a' miből valami léſzen.* Materia dicendi; *id eſt* Res, de qua fit ſermo. *Quintil.* 2. apud Salluſt. V. *Occaſio, Cauſa.* Cupido pecuniæ eſt materies omnium malorum: Salluſt. *Szkupoſzt y prevelko hlepenye za peneze vſzega zla y neſzreche je zrok.* Aus dem Geitz kommt alles Unglück her. *A' fösvénység, és a' pénznek felettébb-való kivánsága, minden roſzſznak és ſzerentsétlenségnek eredete és oka.*

Mătĕriālis, is, *com.* le, n. Macrob. *K-materii zpadajuchi, iz materie.* Zum Zeug gehörend, aus Materi gemacht. *Matériához-való, Matériából-való.*

Materialiter, *Adv.* Sidon. *Poleg materie, po materialzki.* Nach der Materi, Zeugvveis. *Matériáál.*

Materiārius, ii, m. Plaut. *Drèvja y oſztaleh k-ſztanyu potrebneh ſztvarih pripravitel, preſzkerbitel.* Der das Holtzvverck und andere Nothvvendigkeiten zum Bauen verſchafft. *A' ki épületre-való fát és egyéb a' mi épületre ſzükséges ſzerez, készitt.* 2. Vid. *Faber lignarius.*

Materiarius, a, um, Plin. *K-ſztanyu ali k-podignyenyu ſztanya potrebni, zpadajuchi.* Zum Bau-vverck gehörig. *épitésbez tartozó, ſzükséges.* Vid. *Materialis.*

Materiātio, onis, f. Vitruv. *Drèvja k-kakvomu ſztanyu pripravlyanye.* e. Verſchaffung des Holtzvvercks zu einem Gebäu, Zimmervverck. *épületre-való fa bordás, készités.* 2. Vid. *Ædificatio.*

Materiātūra, æ, f. Vitruv. *Idem.*

Materiātus, a, um, Cic. *Iz drèva &c. napravlyen.* Aus Holtzvverck &c. gemacht. *Fából &c. épült.*

Mătĕrīnus, a, um, Cato. Vid. *Durus N.* 1. *Materina* terra, *id eſt:* dura, ſolida. *Cato.*

Materiŏla, æ, f. (Dimin.) *Tertull.* Parva materia.

Mătĕrior, aris, ari, atus ſum, (Dep.) Cæſ. *Dervarim; Drevje za ſztanye, ogradyu &c. ſzechem, ſzkerbim, zvaſam.* s. Bau-Holtz niederhaue, verſchaffe, zuführe. *épületre-való fát vágok, ſzerzek, hordok.* 2. apud Vitruv. *Activè* Materio, as, are, avi, atum. *Iz drèvja ſztanye podiſem, napravlyam.* Aus Holtzvverck baue, Gebäu aufführe. *Fákból épitek.*

Mătĕris, *vel* Mătăris, is, f. & Mătăra, æ, f. Cæſ. *Negdaſnyih Franczuzov Darda, kopje, ſzulicza.* Der alten Frantzoſen Lantzen, Wurff-Spieſs. *A' régi Frantziáknál dárda, kopia.*

Măternus, a, um, Cic. *Materinſzki, majkin, materin.* Mütterlich. *Anyai.*

Mătertĕra, æ, f. Cic. *Materina ſzeſztra,*

Tecza,

Tetza, Tetka, Teta. e. Mutter-Schvveſter. *Anyám ninnye.*

* Măthĕmătĭca, æ. *vel* Mathematĭcē, es, f. Seneca. *Znanoſzt, znanye zemlye-mere, &c. Rachunſztva, zvezdarie.* Die Wiſſenſchafft alles ausrumeſſen. Rechnen, Sternkucken. *Matmatika, Mérésnek, ſzámvetésnek, cſillagba nézéſnek tudománya.*

* Măthĕmătĭcus, i, m. Cic. *Diak, ali Navuchitel zemlyo-merenya, Rachunſztva, zvezdarie.* Gelehrter in der Mathematick, Meſſer, Künſtler, Sternkucker. *Mátématikát Tudó.*

* Mathematicus, a, um. *Plin.* Ad Matheſim pertinens.

* Măthēſis, is, f. Juven. V. *Mathematica.*

Mātrālĭa, ĭum, n. *plur.* Ovid. *Szvetkovina y obſzluſavanye negdaſnye Roditelicz, najmre pak matere* Matuta *zváne.* e. Feſt-Täge der Mutter, abſonderlich der Mutter, vvelche *Matuta* genanndt. *Innepek régen az anyáknak, leg-fő képen egy Matuta nevü anyának.*

Mātreſco, is, ere, (Inch.) Pacuv. *apud* Non *Materi ſzpodoben bivam.* Der Mutter gleich, ähnlich vverde, nacharte. *Anyúhoz haſonló leſzek.*

Mātrĭcālis, is, *com.* le, n. Apul. *K-materniczi zpadajuchi.* Zur Mutter gehörig. *Aſzſzony méhéhez-való.* Matricalis herba, *Apul.* Apud *Botanum* Mātrĭcārĭa, æ, f. *Materinska tráva.* s. Mutter-Kraut. *Aſzſzony méhét gyógyitó fü, mádra fü.*

Mātrĭcīda, æ, *com.* Cic. *Majko-morecz.* r. Mutter-Mörder. *Anya-ölő, Anyának gyilkoſa.*

Mātrĭcīdĭum, ii, n. Cic. *Majko ali materomorſztvo.* r. Mutter-Mordt. *Anya-ölés.*

Mātrĭcŭla, æ, f. Veget. *Kniga vu kűſze zapiſzavaju imena.* s. Buch darinn die Nomina geſchrieben, s. Nahmen-Buch. *Embereknevoiket bé-iró könyv, vagy laiſtrom.*

Mātrĭmōnĭālis, is, *com.* le, n. Jul. Firmic. *Hiſno-zakonſzki.* Zur Ehe gehörig. *Házaſsághoz-való.*

Mātrĭmōnĭum, ii, n. Cic. *Hiſni zakon, hiſno druſtvo, tovaruſtvo, ſenitba.* r. Eheſtand. *Házaſság. Uſus:* Collocare aliquam in Matrimonium. Aliquam in matrimonium ducere: Matrimonium inire: *Phras.* Nuptias, connubium, Societatem vitæ perpetuam, ac mortis tantùm vi dirimendam, oneroſam, & ærumnoſam contrahere, inire. Ad rem uxoriam animum adjungere. Thori conſortem accipere. In Sanctum connubii fœdus, & indiſſolubilem vitæ, thoriſque ſocietatem convenire. Uxorem ſibi adſciſcere, matrimonio conjungere. Conjugem ſibi nuptiis jungere, copulare. *Secundum Matrimonium. Phras. & Uſus:* Ad ſecunda vota tranſire; Ad ſecundas nuptias animum adjicere: Ad ſecundos, tertios thalamos procedere. *vel è contra:* poſt virum ſuum primum, alterum neſcire: Viduum thorum ſanctè conſervare, viduitatem colere.

Mātrĭmus, a, um, Cic. *Koj joſs ſivu ima Majku.* Deſſen Mutter noch bey Leben iſt. *Anyás, kinek él még az annya.* Puer patrimus & matrimus. Cic. *Dechak, koj jeſche ima otcza y Majku ſive.* r. Bub deſſen Vatter und Mutter noch bey Leben iſt. *Gyermek, kinek az attya és annya él.*

Mātrix, icis, f. Plin. *Materinzka vutroba, Plodnicza, Maternicza, prijetja detinzkoga vu vutrobi meſzto.* e. Gebähr-Mutter, Mutter-Thier; r. Empfängnüſs-Ort in Mutter-Leib. *Aſzſzonynak a' méhe, Anya méh, foganásnak helye a' hasban.* 2. apud Varr. *Plodna ſena, mati.* Fruchtbares Weib, Mutter. *Kebeles aſzſzony, Anya.* Hinc: *apud Colum.* Aviculæ incubantes *Matrices* vocantur. *Transl.* verò apud *Sueton.* Arbor Matrix: *id eſt* germinans & frondes mittens. Civitas Matrix: *id eſt* à qua aliæ ortum ducunt, *vel* cui aliæ ſubſunt.

Mātrōna, æ, f. Cic. *Zakonſzka, poſtenya vredna ſena; Goſzpa, Goſzpoja.* s. Ehren-Weib, e. Ehren-Frau. *Tiſztes öreg-aſzſzony, Fő aſzſzony.*

Mātrōnālia, ĭum, n. *plur.* Juven. *Szvetki zakonyſzkeh sen, Tovaruſicz hiſneh.* e. Feſt-Täg der Ehe-Weiber, Ehe-Frauen. *Házas Aſzſzonyok innepe.*

Matronālis, is, *com.* le, n. Liv. *Poſtenya vrédnoj Goſzpi doſztojen, Goſzpin, k-vrédnoj zakonzki ſeni zpadajuchi.* Das einem Ehren-Weib, Frauen zuſtehet. *Házas aſzſzonyi, Tiſztes aſzſzonyi.*

Matronātus, ûs, m. Apul. *Poſteneh zakonzkeh Goſzpeh, ali ſenſzkeh gláv ſztaliſs.* r. Ehrbarer Weiber, *oder* Frauen-Stand. *Tiſztes házas aſzſzonyok állapotja.*

Mātruēlis, is, m. *Mart.* Ex Matris Fratre natus. *Vujchecz, vujchevo déte.* Der Mutter Bruder Kind, ein Vetter. *Annya báttya fia.*

Matta, æ, f. Ovid. *Szpletenka iz ſzalſe, voſzka, debele vune: ſtarra, Paſzdirſzko ſzuproti*

proti bman vremenu iz ſzaſſa &c. pokrivalo: Bunda. Eine Matte, e. Stroh-Decke, r. Hirten Mantel. *Gyékény, ſzalma takarodzó. Bunda.*

Matticus, i, m. Feſt. *Buchaſztoga licza chlovek.* r. Menſch der groſſe Backen hat. *Nagy pofájú ember.*

* Mattya, *vel* Mactya (Mattĕa *vel* Mactea, *Sveton.*) æ, f. Mart. *Szlaſchicze ; ſladka, zebrana jeſztvina.* e. Schleckerhaffte Speis. *Drága étek, tſemege.*

Mătŭla, æ, f. Plaut. *Nochna poſzuda.* e. Nacht-Geſchirr. *Húgyó edény.*

Mātūrātè, *Adv.* Livius. *Zaran, Rano, Zagoda, k-vremenu, k-chaſzu rechenomu.* Fruhe, bey Zeiten, fürderlich, zu rechter Zeit wann es ſeyn ſoll. *Idején, ſietve.* Synon. *Tempeſtivè, opportunè.* 2. Vid. *Cito, feſtinatè.*

Mātūrātio, onis, f. Auct. ad Herenn. *Paſchenye, ſcztuvanye, naglenye, bitenye, berzenye, zaranenye, bitrenye.* Das Eylen. *Sietés, ſietség.*

Mātūrātus, a, um, Cic. 1. V. *Maturus N.* 1. 2. apud Liv. V. *Citus, Celer, tempeſtivus, Feſtinus.* Maturato opus eſt. Liv. *Potrebnoje biteti, berzomu biti.* Man muſs eylen. *Hamar kell bánni véle.*

Mātūrè, iùs, iſſimè, *Cic.* Maturimè. *Adv.* Cæſ. Vide *Maturatè.*

Mātūreſco, is, ere, ūrui, (Neu.) Jul. Cæſ. *Zorimſze, zrelimſze, zrel poſztajem.* Zeitig werde. *Megérem.* 2. apud *Ovid.* & *Quint.* etiam ad alia transfertur: *ut*: Maturuit Ingenium, puella, liber, &c.

Mātūrĭtas, atis, f. Cic. *Zrelina, zreloſt, dozorenye, dozrianye.* e. Reiffe, Zeitung. *Érettség.* 2. Metaph. V. *Perfectio.* Maturitas ætatis, ingenii &c. *Cic.* 3. apud Tacit. V. *Prudentia.* 4. apud Cic. V. *Opportunitas.*

Mātūro, as, are, avi, atum, (Act.) Cic. *Zrelim, zrelo chinim.* Zeitig mache. *Megérlelem.* 2. apud *eundem.* Vid. *Feſtino, Accelero.* Maturare cœpta: Liv. *Rano kaj zverſiti, Paſchitiſze pocheto dugovanye zverſiti.* Bey Zeiten etwas vollenden. *Valamit idején elvégezni, elkezdett dolgot ſietni elvégezni.* Maturare fugam. Virg. *Naglo pobechi.* Eilends fliehen. *Elſzaladni.*

Mātūrus, a, um, maturior, maturiſſimus, *Cic.* Maturrimus. Tacit. 1. *Zrel.* Zeitig. *érett, érett.* 2. Transl. Vid. *Opportunus, Aptus, Tempeſtivus.* Virgo matura viro. Gell. *Divojka verſztva, zamuxna.* Mannbare Jungfrau, tauglich zum Heyrathen. *Férjhez adható Leány.* Sic dicitur: Maturus ad arma, maturus malitiæ. *Liv.* 3. Maturus ævi homo: *pro* Senex. *Virg.* 4. Facultas dicendi matura *pro* perfecta *Cic.* Maturâ luce, *pro* plena, perfecta. *Virg.* 5. Maturô judiciô condemnari, *id eſt*: gravi, conſtanti. *Cic.* 6. Animô & ævô maturum eſſe, *pro* prudentem & expertum eſſe. *Ovid.* 7. Vid. *Celer, Feſtinus* ità Cic. Maturam aliquam rem facere: *id eſt*: Rem quampiam citò expedire, ad finem deducere. *Gell.*

Mātūta, æ, f. Cic. *Synon.* Aurora. *Zorja, Zora, Juternicza.* e. Morgenröthe. *Hajnal, Reggel.* Erat autem Cadmi filia, uxor Athamantis, quæ à Græcis *Ino* aliàs etiam *Leucothea* dicebatur.

Mātūtīnālis, is, *com.* le, n. *Auctor Carm. de Philom.* Vid. *ſequens.*

Mātūtīnus, a, um, Cic. *Juterni.* Was morgen fruhe geſchicht, zum morgens früh gehörig. *Reggeli, Hajnali.*

Māvŏlo, &c. Plaut. Vide *Malo.*

Māvors, ortis, m. Cic. Vide *Mars.*

Mavortĭus, a, um, Virg. Vide *Martialis N.* 1. *Bellicoſus.*

Mauricè, *Adv.* Gell. *Harapſzki.* Mohriſch. *Szeretſenkül.*

Māurĭtānĭa, æ, f. Tacit. *Harapſzka ou Afriki zemlya.* Das Mauritanien, *oder* Mohren-Land in Africa. *Szeretſenek földje Afrikában.*

Māurĭtānus, *vel* Māurus, i, m. Salluſt. *Cherni Harap.* Schwartzer Mohr. *Szeretſen.*

Māuſōlēum, ēi, n. *Mart.* Mausōli Regis Cariæ ſepulchrum, eâ magnificentiâ ab Artemiſia uxore extructum, ut inter ſeptem orbis miracula numerari meruerit. *Hinc* Appellativè & per *Synecdoch.* Mauſoleum: *Kralyevzki grob; glaſzovito y lipo pokopa meſzto.* Fürſtlich Begräbnüſs, ein ſtattlich und ſchönes Grabmahl. *Királyi koporsój épület, minden ſzép és drágalátos koporsó, sír.*

Maxilla, æ, f. Plin. *Laloka, chelyuſzt.* r. Backe, Kienbacke, Kieler. *áll, áll-tſont, áll-kaptza.*

Maxillāris, is, *com.* re, n. Plin. *Lalochki, Lalochni.* Zum Kienbacken gehörig. *Áll-tſonthoz-való.*

Maxĭmè, *Adv.* Cic. *Krutoiako, Najvech, Najbolye, Nad vſzem, velle, verlo.* Sehr hefftig, überall. *Főképen, igen erősen.*

Maximitas,

Maxĭmĭtas, (*alii* Maxŭmĭtas,) atis, f. Lucret. *Velikôcha.* e. Gröſſe. *Nagyság.*

Maxĭmŏpĕrè, *Adv.* Cic. Vid. *Maximè.*

Maxĭmus, (*alii* Maxumus,) a, um, Cic. *Najvekſi, Najvecbi.* Der allergröſte. *Igen nagy, Leg-nagyobb.*

* Māza, æ, f. Suid. *Szanecz.* &c. Ein Teig mit Milch *oder* Schmaltz gemacht, Stertz. *Gombótz.* &c.

* Māzĕra, æ, f. Cæſ. Vid. *Materis.*

* Māzŏnŏmum, i, n. Horat. *Velika y gluboka zdela, Medenicza.* Eine groſse und tieffe Schüſſel. *Nagy tál, medentze.*

Meābĭlis, is, *com.* le, n. Plin. *Prohodliv, prolazliv, chesz kajſze prejti more.* Dadurch man leichtlich kommen kan. *Könnyen által-járható által ſzüköldhető.*

Meapte, *Terent.* ex ablativo *mea*, & particula *pte* extra compoſitionem nihil ſignificante: Meapte cauſa. Terent. *Zarad meneſzamoga.* Von meiner ſelbſt vvegen. *Magam kedvéért.*

Meātus, ûs, m. Plin. *Prehod, Prîlaz, Prelazenye, Prohod, Hód.* r. Durchgang, Gang. *Menés, Járás.* Meatus Siderum: *id eſt* motus, curſus. *Plin.* Meatus avium: *pro* Volatus. *Plin.* 2. apud *eundem* Vid. *Foramen, Porus.*

Mēcaſtor, *Adv. Jurandi,* Terent. *Takmi kaſtor pomozi, takomi kaſtora, po Boga kaſtora.* Alſo helffe mir Caſtor. *Káſtorra eskűſzöm, káſtor engem úgy ſegéljen.* Vid. *Herclè, Ædepol.*

* Mēchănēma, ătis, n. Sidon. *Latinè* Ingenioſum manûs artificium, opus artificioſum. Vid. *Machina, Inventum.*

* Mēchănĭca, æ, f. *vel* Mechanice, es, f. Jul. Firmic. *Meſtrio-znanoſzt, meſterzkoga dela znanye.* r. Handvverck, e. Kunſt. *Kézi-meſterſég.*

* Mēchănĭcus, ci, m. Sveton. *Meſterzki chlovek, delo-znanecz.* r. Handvvercker, r. Handvvercks-Mann, Werck-Meiſter. *Kézi meſter ember.*

* Mechanicus, a, um, Lamprid. *Meſzterzki, delo-znanzki.* Künſtleriſch. *Meſter emberi.*

Mēcœnas, (*apud Manut.* Mæcēnas) ātis, m. *Mart.* Nomen proprium cuiuſdam Thuſci, Equitis Romani, Auguſto chariſſimi. Huic, velut præcipuo ſtudiorum Fautori, Virgilius ſua Georgica, & Horatius Libros Carminum inſcripsêre. Munificus planè erat in doctorum hominum egeſtate ſublevanda. Hinc *Appellativè* Mecœnas. *Oſzebujni Pomochnik, obranitel y nadelitel Piſzmoznancztv, y vuchenih lyudih vu potrebochi poſztavlenih.* Ein vornehmer Helffer, Beſchützer und Wohlthäter, Gönner, und Beförderer der Gelehrten Nothdürfftigen. *Kiválképen való ſegitője és Pátronuſa a' ſzükölködő tudós és bölts embereknek.*

* Mēcōnĭum, ii, n. *Iz maka zpreſſan ſzok.* r. Magſaamen-Safft. *Mák nedveſség, mák olaj.*

Mēcum, *Euphoniæ cauſâ pro* cum me. Cic. *Z-menum.* Mit mir. *Én velem, velem.* Mecum facit: *pro* mecum ſentit, meæ eſt ſententiæ & opinionis: *Cic.* Tacitè mecum gaudeo: *id eſt:* Intra me: *Terent.* Sic dicimus *Tecum, ſecum, nobiſcum, vobiſcum.* ità Cic.

* Mēdēa, æ, f. *Cic.* Erat inſignis incantatrix; Æetæ Colchorum regis filia; Abſyrti fratris ſui, propriorúmque filiorum, quos ex Jaſone ſusceperat, crudelis interfectrix.

Mĕdēla, æ, f. Gell. V. *Medicamen.* N. 1. 2. Tranſl. V. *Auxilium.*

Mĕdeor, ēris, ēri, (Dep.) Cic. *Vrachim, Lichim, k-zdraviu pomúſzem, zdravim.* Artzneye, heile. *Orvoslom, gyógyitom.* Mederi vulneribus: *Cic.* Mederi contra ſerpentium ictus: *Plin.* Mederi morbum. *Terent.* 2. Tranſl. V. *Adjuvo, Auxilior, ſubvenio.* Mederi afflictæ Reipublicæ. *Cic.* Mederi ſatietati Lectoris: h. e. Cavere, ne ſatietate obtundatur. *Nepos.* Mederi inopiæ frumentariæ: *id eſt:* Providere, ne res frumentaria deſit. *Cæſ.*

Mĕderga, *pro* Erga me. *Plaut.*

* Mēdia, æ, f. Plin. *Derſava Aſie med Armenium y Parthium.* Das Land Meden in Aſien, zvviſchen Armenien und Parthien gelegen. *Áſiai Tartomány, árménia és Párthia között.*

Mĕdiānus, a, um, *Vitruv.* Medialis, is, *com.* le, n. Solin. *Poſzrednyi, ſzrednyi.* Das in der Mitte iſt, das Mittelſt. *Közepi, közben-való.*

Mĕdiaſtinum, i, n. Medic. V. *Diaphragma.* N. 2.

Mĕdiaſtinus, i, m. Cic. Colum. *Domachi, biſzni ſzluga.* r. Haus-Knecht. *Házi Szolga.*

† Mĕdiātio, onis, f. Vid. *Conciliatio.*

Mediātor, oris, m. Prudent. V. *Conciliator.*

Mediātrix, īcis, f. Alcimus. V. Conciliatrix.

† Mĕdiātus, a, um, *pro* Diviſus, ſeparatus, Disiunctus. *Hinc* † Mediatè *Adv.*

Mĕdĭbĭlis, is, *com.* le, n. Feſt. *Vrachliv, Zvrachliv,*

Digitized by Google

Zaratchliv, *Ozdravliv*, *Lichliv*. Heilbar, das zum heilen iſt. *Orvoſolbató*.

* Mĕdĭca, æ, f. Trium foliorum herba, nomen accepit à Media, ex qua ad nos translata eſſe ſcribitur. *Virg*. Vid. *Trifolium*.

Mĕdĭcābĭlis, is, *com*. le, n. Ovid. V. *Medibilis*. 2. apud Colum. V. *Medicinalis*.

Medicabĭlĭter, *Adv*. Pallad. *Vrachlivo*, *Lichlivo*, *Vráchech*. Heilſamlich. *Orvoſolbatoúl*.

Medicābŭlum, i, n. *Vrachbarnicza*, *meſzto vrachenya*. 1. Ort, da man heilet. *Orvosló hely*. Vid. *Apotheca N*. 1. 2. Vid. *Medela*.

Mĕdĭcāmen, ĭnis, n. Cic. *Vrachtvo*, *Lik*. e. Artzney. *Orvoſság*. 2. apud Tacit. V. *Venenum*. 3. apud Plin. *idem ac* ſuccus, quo lanæ tinguntur.

Mĕdĭcāmentārius, a, um, Plin. *K-vrachtvu zpadajuchi*, *k-vrachenyu bajznovit*, *Vrachni*, *Lichni*. Zur Artzney gehörig, dienlich. *Orvoſságra-való*, *egéſſégre haſznos*. Hinc. 1. Medicamentaria (*intellige* Ars) æ, f. Plin. V. *Medicina N*. 1. 2. Medicamentarius (*ſubaudi* Artifex) ii, m. Plin. *Vracho-chin*, *Liko-chinacz*, vulgo *Apotekár*. r. Artzneymacher, Apothecker. *Orvoſság tſináló*, *Patikárius*. Item V. *Medicus*, *i*, *m*.

Medicāmentōſus, a, um, Cato. *Vrachtva kreposzt imajuchi*, *k-zdravju bajznovit*. Kräfftig zur Artzney. *Orvoſságra-való erejü*, *orvoſſágos*.

pannus, i, m. Horat. *Szukno.* s. Tuch. *poſztó.* 2 V. *Lacernula, veſtis pannoſa.* Obſitus pannis. *Terent.* Vid. *Obſitus N. 2.* 3 V. *Linamentum.* Golum. *Nonius apud Navium legit* pannum, i, n. *pro* pannus.

* panthēon. ĕi, n. Templum erat Romæ omnium facilè pulcherrimum, quod M. Agrippa Auguſti gener in cultum DEorum omnium extrui curavit. Muro continuo 30. palmos lato cingitur. Unicâ januâ, uti & unicâ feneſtrâ in ſupremo culmine inſtructum. Ejus altitudo Latitudini ex æquo reſpondet. porticus templi 16 columnas numerat. Ab Hadriano, Septimio Severo, & Aureliano reſtauratum fuit. *ità Plin. l. 36. c. 15.* Subinde verò à Bonifacio IV. pontif. Max. in honorem B. M. V. & omnium Sanctorum conſecratum fuit, quo tempore Phocas Imperii faſces tenebat. *Hiſt. Eccl.*

* panthēr, ĕris. m. Varr. *Mreſa, z-kumſze pticze lové.* Gevviſſe Art vom Vogel-Garn, Zug-Garn. *Madaráſz háló.* 2 V. *panthera.* panther caurit amans, pardus hiando felit. *Auct. phil. v. 5.*

* panthēra, æ, f. (Beſtia maculoſa & fera, cujus mas pardus appellatur. *Plin.*) Cic. *pardſzamicza, vſzakojachke piknye imajucha,* s. panter-Thier, vveibliches Geſchlechts, *Nyöſtény párducz.* ità *plin.* Hinc

panthērinus, a, um, Plin. *pardov, pardo-ſzamichin.* Vom panther-Thier. *párdutzi.* Menſæ pantherinæ: *id eſt:* varii coloris maculas habentes. *plin.* 2 Transl. Homo pantherinus: *pro* Verſipellis, Fraudulentus, Doloſus. *plaut.*

pantĭces, ĭcum, m. *plur.* plaut. V. *Inteſtinum, Lactes, Venter.* Singul. *pantex, ĭcis, m.* Catull.

pānus, i, m. Lucil. *Vreteno z-prejum navito, czèv, na kojuſze preja navija: Tkalechki vital z-prejum obvit.* Eine Spindel, darauf man die Faden umvvickelt, e. Weber-Spuhlen. *örsó, tsö, vagy Tekerö-fa, mellyre a' fonalat tekerik.* item V. *Glomeramen.* 2 Transl. *Vſzaki otok na tèlu, blaziniczi ali czeczku ſzpodoben.* Eine jede Leib-Geſchvvulſt denen Brüſten gleich. *Mindenféle keléveny, dagadás a' teſten, melly domború mint a' tſets.* Gels. 3. *Herga, guba na drèvu.* r. Baum-Schvvamm. *Fa-gomba.* plin.

* pāpa, æ, m. Sidon. V. *pater, Senex.* Hinc 2 per Excellentiam. *pápa, Najvekſi y obchinſzki vſzega kerſztyanſztva Biskup, Otecz Otczev, Rimſzki otecz pápa.* r. pabſt, der oberſte Biſchoff, und Haupt der Römiſch-Catholiſchen Kirchen. *A' Római pápa, Leg-föbb és közönséges püspökje az egéſz keresztényſégnek.*

pāpa, æ, f. Varr. V. *pappa.* Vox eſt Infantibus propria, dum cibum petunt.

pāpæ, *Interj. admirantis cum irriſione.* Terent. *Aj aj! Nuti-nuti! Jeli megucbe!* Ey! das dich. Ey! behüts GOtt. *Védj Ur Iſten! Jé! Iſten óltalmazz!*

✝ pāpātus, ûs, m. *papinſztvo, chaſzt Sz. Otcza pápe.* s. pabſthum, des pabſts Würde, *Pápaság, A' római pápának birodalma.*

pāpāver, ĕris, n. plin. *Mak, Makovo ſzeme.* r. Mohn, *oder* Magſaamen. *Mák, Mákmag.*

pāpāvĕrĕus, a, um, Ovid. *Makov, Iz maka.* Von Mohn, *oder* von Mohn-Saamen. *Máki, Mákból-való.*

pāpilio, ōnis, m. plin. *Metùly, Lepir, Lepiricza.* r. Schmetterling, Sommer-Vogel, pfeiffholder, Molcken-Dieb. *Lóoöldék, Leppendék. pillangó, Lepke.* 2 V. *Tentorium.* Lamprid.

papiliuncŭlus, i, m. (*Dimin.*) Tertull. *Metulyecz. Lepirich.* Kleiner Schmetterling. *Lóoöldéket ke.*

pāpilla, æ, f. Virg. 1 propriè V. *Mammula N. 2.* 2 per Synecdoch. V. *Mamma.* 3 per Catachreſin V. *Fiſtula N. 2. Epiſtomium.* Varr.

Digitized by Google

* Pappa, æ, f. Varr. *Detinſzka jeſzteina, kaſſicza, kaſſa, Mochnyak*, Czeriß. r. Kinder-Mueſs, Brey, e. Pappe, r. Kleiſter. *Kis gyermekeknek-való pép, papa.*

* Pappas, æ, m. Juven. V. *Nutritor.*

Pappo, *vel* Pāpo, as, are, avi, atum, (Neu.) * Plaut. *Jeſzti proſzim.* Zum Eſſen begehre. *Ételt kérek.* 2 V. *Comedo.*

* Pappos, & pappus, i, m. Varr. V. *Aous, Senecio.*

Pāpūla, æ, f. Cels. *Priſchaj, Priſchajecz od vruchine.* s. Hitz-Blätterlein. *Bibirtsó, sömör, Tarjagoſág.*

Păpŭlo, as, are, avi, atum, (Neu.) Cælius Aurel. *Priſchimſze, priſchaje dobivam, z-priſchaji ſze poſzipavam.* Die Hitz-Blätterlein bekomme, auſschlage. *Megbibirtsósodom, sömörjösödöm.*

Păpȳrācĕus, a, um. *Plin.* Quod eſt ex papyro. *Paperni.* Papieren. *Papiroſi, papirosból-való.*

Papyrĭfĕr, ĕra, um, Ovid. *Papiro-noſz, papiro-rod.* Papier-tragend, bringend. *Papiroſt hozó, termő.*

Papyrinus, a, um, Varr. *Papiru ſzliſſajuchi.* Zum Papier gehörig. *Papirosboz-való.*

Papyrius, a, um, Auſon. V. *Papyraceus.*

* Păpȳrus, i, m. & f. papyrum, i, n. *Plin.* 1 propriè: *Papèr, iliti terſztika Egiptonzka, na koje mezdri negda piſzali jeſzu.* Egyptiſch Rohr, Papier genandt, deſſen einvvendiges Häutlein die Alten zum Schreiben gebraucht. *Egyiptomban termő nád, mellynek belső bártyájára írtak az régiek.* Hinc 2 Tropicè V. *Charta.* Emporetica, *vel* bibula papyrus. *Mokrinu k-ſzebi vlekuchi, ali pijuchi papèr:* peregr. *Diſtuvak.* s. Maculatur, r. Schrentz, s. Löſch-*oder* Kleck-Papier. *Folyó*, vagy *itató papiros.*

Păr, păris, n. *Subſtantivè.* Cic. *Dvoicza, dveh ſztvarih jednakeh kupchina,* vulgo *pàr.* Ein paar. *Feles, pár.* Par columbarum. Ovid. *jeden pàr,* ali *dvoicza golubov.* Ein paar Tauben. *Egy pár galamb.* Amicorum paria. *Cic.*

Par, paris, *om. Adject.* Cic. *Jednak, ſzpodoben, prikladen.* Gleich, recht, tauglich, gebührlich. *Feles, Egyenlő, Haſonló.* Alicujus, *vel* Alicui, *vel* cum aliquo eſſe parem. *Item* Famâ, Ingeniô, gratiâ aliquem alicui eſſe parem. *pro* æqualem, ſimilem, æquè idoneum &c. *Cic.* Neque mihi par (*pro* æqualis) ratio cum Lucillio eſt, ac tecum fuit. *Cic.* Laboribus parem eſſe: *pro* ſufficere, ſufficientem eſſe. *Cic. Quintil.* Par pari referre, reſpondere, reddere. Cic. Terent. *Jednako z jednakim odvernuti.* Gleiches mit gleichen vergelten. *Költsön belyében költsönt adni.* Paria facere. Quintil. *Drugim chinom Jednako chiniti.* Es machen vvie die andere. *Haſonló dolgot tselekedni.* 2. par eſt. V. *Decet.* Sed par eſt (*pro* Convenit, decet, æquum, dignum, & conveniens eſt) omnes omnia experiri. *Cic. in Orat.* Pariſſimus. *Plaut.*

Părābĭlis, is, *com.* le, n. Cic. *Lehko y berzo doblyiv, s'to ni teſko zadobiti.* Das man vvohl und bald überkommen kan. *Könnyen és hamar kéſzíthető*, vagy *ſzerezhető.* Res non magno parabilis. *Senec.*

* Părăbŏla, æ, f. Quintil. V. *Collatio, Comparatio N. 1. Similitudo.* Hinc

Părăbŏlĭcè, Adv. *Po priliki, po ſzpodobi, z-priſzpodablyanyem.* Gleichnuſs-Weiſe. *Haſonlitva, és öſzve-vetve.*

* Parabolicus, a, um, *Priliku, ali priſzpodobu imajuchi.* Gleichnuſs habend. *Peldat* vagy *haſonlatoſágot magában foglaló.*

* Părăbyſtus, i, m. *Pod-paſztelya, Poſztelyicza pod drugum poſztelyum ſztojecha, kiſe van y nuter riva.* s. Schub-Bett, kleines Bett, ſo mann unter dem groſſen hervor ziehen, und vvieder einſchieben kan. *Nagy ágy alatt-való tolyogató kis ágy.*

* Părăchărăctes, æ, m. JCt. *Ki okanlyive novcze kuje.* Falſcher Müntzer. *Hamis pénz verő.*

* Părăclēſis, is, f. V. *Adhortatio, Admonitio, Exhortatio.*

* Părăclētus, i, m. Prudent. V. *Conſolator, Adhortator, Advocator, Interceſſor N. 2.* De ſpiritu S. per excellentiam dicitur. *Tertull.* Perlicent. verò *Părăclĭtus.*

Părăda, æ, f. Sidon. *Krov, pokrivalo,* ali *zakrivalo ſzuprot de'gyu, ali ſzunczu na ladji, ali na kolah napravlyeno.* e. Decke, *oder* Tach über einem Schiff, Wagen, *oder* Karren gemacht. *Hajó a,* vagy *ſzekérre tſiná'tt árnyék tartó fedél.*

† Părăda, æ, f. (à paro) *Priprava Vojnikov: kada najmre zkup oboruſni ſztojè za prijeti, ali ſzprevoditi koga &c.* e. Verſamlung und Aufzug der Soldaten. *parádi, azaz a' katonáknak fegyveréjen öſzve gyülése.*

* Părădigma, ătis, n. Vid. *Exemplar.*

* Părădiſus, i, m. *Latinè.* Viridarium, pomarium, Hortus conſitus, Gell. *Veſzelja-vert, Raj.* r. Luſt-Garten, s. Paradies, Paradeis. *Gyönyörűſéges kert, paraditſom.* In

facr.

ſacris litteris ſpeciatim accipitur *pro* Amœniſſimo horto in Oriente, in quo primi noſtri parentes poſiti à DEo erant. *Zemelyſzki raj, Adamov perivoj.* s. Irrdiſche Paradies. *Földi paraditſom.* Hinc Transl. Cæleſtis Paradisus. *Nebeſzki Raj.* Himmliſches Paradeis. *Mennyei paraditſom.*

* Părădŏxum, i, n. Cic. *Chudnovit y nenadeani pregovor, govorenye chudno y necbekano, koje je tesko veruvati: Obchinzkomu ſtimanyu protivno dugovanye.* Unverhoffter Wunder-Spruch; eine unerhörte und unglaubliche Rede, dem gemeinen Wahn entgegen lauffende Meynung. *Tſudás és vletlen Mondás, Közönséges értelem ellen-való ritka mondás, beſzéd.*

* Părænĕſis, is, f. Vid. *Præceptio, Adhortatio, Admonitio.*

* Părænĕtĭcus, a, um, Senec. V. *Monitorius, præceptivus.* Hinc *Adv.* parænetĭcè.

* Părălipŏmĕna *juxta accent.* (*re ipſa verò* Paralipomĕna, ĕnōn.) ĕnon, n. *plur.* Libri Chronologici S. Scripturæ. *Singul.* Paralipomĕnon, i, n. *Dugovanye, koje je zaoſztalo,* ali *navlaſs prepuſchena, na drugu priliku odverſeno.* Das unterlaſſene, *oder* übergelaſſene. *A' mi elhagyatott, Máſuvá halaſztott.*

* Părallēlus, a, um, Vitr. *Latinè.* Alternus, Mutuus, Invicem comparatus, Juxta poſitus, Æqualiter diſtans. *Vſzagdi jednáko daléko od drugoga ſztojechi, jednáko od drugoga poſztavlyen.* Gleichvveit von einander ſtehend, gleich gegen einander geſetzt. *Egymáshoz egyaránt-való közben-vetéſſel helyheztetett.*

* Părălŏgiſmus, i, m. *Latinè* Erronea concluſio. *Krivo, neiſztinito govorenya zpelyavanye.* e. Irrige Schluſs-Rede. *Hamis és vétkes elvégezéſe,* vagy *béfejezéſe a' beſzédnek.*

* Părălȳſis, is, f. Cels. *Latinè* Nervorum reſolutio, & movendi impotentia. *Oſzlabenye, odpuſztenye, omlahavenye ali nemoch belih sil y oſztalih kotrigov: Derhtavicza.* e. Lähmung der Glieder, e. Gicht. *Valamelly tagnak* vagy *ereknek elesése.* Eſt ſpecies, vel pars Apoplexiæ. V. *Apoplexia.* Plin.

* Părălȳtĭcus, a, um, Plin. *Oſzlabene y nemochne ſile, y kotrige imajuchi.* Erlähmt, gutbrüchig, Glieder los. *Ina ſzakadtt, taga eleſett.* Per Synecd. V. *Apoplecticus.*

† Părămenta, orum, n. *plur.* Eccl. *Méſſna ſzprava, priprava, oprava: oltarzki ali tsirkveni kinch.* Prieſterlicher Gevvand, Altar-*oder* Kirchen-Zierde. *Papi öltözet, oltár vagy templom ékesége.* Sing. *Paramentum.* Melius latinè V. *Apparatus.*

* Părănymphus, i, m. Fortun. *Dever ſzvadbeni, pirovni.* r. Brautführer. *Vőfély, Náſznagy.*

Părăphernālia, (*intellige* bona) ium, n. *plur.* Ulp. Vocantur bona, quæ uxor Marito extra, & ſupra dotem attulit. Bona verò ex paraphernalibus, vel aliunde in matrimonio, ſed privatô, & ſoli uxori propriô titulô acquiſita *parapherna* dicuntur: ità JCti. *Laſztoviti zakonſzke ſene imétek zvan zapiſzka, kojega je ona múſu, y múž nyoj zapiſzal.* Eigenes Gut des Ehe-Weibs, neben dem, vvas ſie ihrem Mann, und ihr der Mann verſchrieben hat. *Tulajdon java és jóſzága az házas aſzſzonynak, azon kivül, mellyet maga az aſzſzony a' férjének, és a' férje az aſzſzonynak jegyül adott.*

* Părăphrăſis, is, f. Quintil. *Obilno kakvoga govorenya raztolnachenye, napervo-davanye: kakvoga dugovanya obilno zpiſzavanye, y ochituvanye.* Weitläufftigte Erklärung einer Rede: umſchriebene Auslegung eines Dinges. *Valaminek több igékkel-való bö magyarázatja.*

Părārius, a, um, Senec. *Pogodni, k-pogodbê pomagajuchi, pogodbu chinechi, pritupecz.* Zum Vergleich dienend, Unterhändler. *Alkuváshoz-való, vásárláshoz-való; árúban, vá'árlá'ban közben-járó.*

Părăſanga, æ, f. (Vox perſica) Plin. *Milya zemlye perſianzka: iliti velika dusina, y mera zemlye, poleg koje perſianczi dalekochu y dusinu pútov rachunali, y broili jeſzu.* Eine Perſiſche Meilvvegs, Perſiſche Meil. *Perſiai mély-föld.* Non ubique æqualis erat paraſanga: *Herodot.* enim & *Xenophon* eam definiunt 30. ſtadiis, alii 40. alii 60. ità *Plin.* Hinc Transl. accipitur pro *Magno intervallo.* Multis paraſangis aliquem præcedere, præcurrere. *Köga vu kakvom dugovanyu vnogo preſztichi, preſztignuti: daleko pred kim na pervo biti.* Einen vveit übertreffen, einem vveit vorgehen. *Valakit valamiben ſokkal megelözni, felyül haladni, valakinél ſokkal meſzſzebb elöl lenni.* Prov.

* Părăſcēvē, es, f. propriè. *Pripravlyanye, Priprava.* e. Vorbereitung, Vorrüſtung. *Késžület, Megkéſzítés.* Vid. *Præparatio.* 2. Apud Judæos dies ante ſabbathum *Paraſceve*

raſceve vocabatur, hac enim die neceſſaria parabant, ne præceptum ceſſandi ab opere die feſto ſabbathi violaretur. V. *Dies Veneris.* Et per Antonom. *Veliki petek.* r. Char-Freytag, ſtille Freytag. *Nagy péntek.*

* Părăsĭta, æ, f. Horat. *Tanyero - lizavka, uſzagdi rada, obleznenicza, káſze y nepozvana k-ſztolu zna pridruſiti, pripiliti: prilizavka, priſzmeknyenka.* e. Teller-Leckerin, Schmarotzerin, Zuſchmeichlerin. *Tányér nyaló, máſutt nyalakodó, Hizelkedő aſzſzony.* Vid. *Adulatrix. &c.*

Parasitaſter, tri, m. Terent. *Tanyero-lizavczev y priſzmeknyenczev Naſzlednik.* Schmarotzen Nachfolger. *Tányér nyalókot, és máſutt leskődőkőt követő.*

Paraſitátio, onis, f. Plaut. *priſzmeknyenye, oblizavanye, Tanyero- lizanye, Meſtria y navada k-tugyemuſze ſztolu prikerpati, prilizanye, priliſzichenye:* e. Schmarotzerey, Tellerleckerey, Schmeichlerey, Fuchsſchvväntzerey. *Nyalakodás, Máſutt leskődés, Tanyér nyalás, Hizelkedés.* Vid. *palpatio N. 2.*

Părăsĭticus, a, um, Plaut. *K-tanyero - lizavczem ſpadajuchi, priſzmeklyiv, l eſzichlyiv, prilizlyiv.* Zum Schmarotzen gehörig, Fuchsſchvväntzeriſch, ſchmeichleriſch. *Nyalakodókhoz-való.* Item V. *Adulatorius.*

Părăsĭtor, aris, ari, ātus ſum. (Dep.) Plaut. *Jéſzt y nezvan dohájam, prikerpävamſze, primikavamſze, oblizavamſze, okolu kôga liſzichim, Tanyére liſem.* Schmarotze, heuchele, Fuchsſchvväntzerey treibe, Teller lecke. *Máſutt nyalakodom, leskődőm, Tányért nyalogatok.* Item V. *palpor.*

* Părăsĭtus, i, m. Cic. *Tanyero - lizavecz, k-ſztolu - rad, priſzmeknyenecz.* r. Schmarotzer, Tellerlecker, Tiſch-Rath, Heuchler. *Tányér nyaló, Ebéd 's vatſora leső, Máſutt nyalakodó.* Vid. *Menſarum aſſecla, Adulator, Aſſentator, Colax, Nugator, &c.*

* Părăſtas, ădis, f. *Vitruv.* Eſt lapis oſtio appoſitus. V. *poſtis.* paraſtades *plur.* Lapides utrinque oſtii latera munientes.

* Părăsÿnăxis, is, f. JCt. V. *Conventiculum.*

Părātè, *Adv.* Cic. *Gotovo, ſzpravno, pripravno, pripravlyeno.* Fertig, bereit, geſchickt. *Kéſzen.* Vid. *Expeditè, promptè.* paratiùs: Cic. paratiſſimè: *plin.*

Părātio, onis, f. Salluſt. V. *Comparatio N. 2. Apparatus, præparatio.*

Părātus, ûs, m. Tacit. V. *paraſceve N. 1. paratio.* Verborum paratus. *Quintil.*

Paratus, a, um, tior, iſſimus, Cic. *Gotov, ſzpraven, pripraven, pripravlyen.* Fertig, bereit, gerüſt, geſchickt. *Kéſzitett, kéſz, megtſinált, megſzerzett.* Vid. *Expeditus, promptus.* Ad omnem eventum paratus. Cic. *Na vſzako pripechenye bidchen, pripraven.* Auf allen Fall gerüſtet. *Kéſz akármire menjen a' dolog.* Equitatu paratus. Cic. *Z-konyaniti pripraven: Doſzta konyanikov imajuchi.* Mit der Reuterey verſehen. *Elég lovas bada vagyon.* Ab exercitu paratus. Cic. *Z-vojſzkum pripraven, vojſzku pripravnu y gotovu imajuchi.* Mit Kriegs-Volck verſehen. *Jó hadi kéſzülettel vagyon.* Optimè contra fortunam paratum, armatúmque cognovi. Cic. *Szuproti ſzrechi y neſzrechi zerſzema pripravnoga, objachenoga, y oboruſnoga zpoznal jeſzem.* Ich habe es gemercket, das er allerdings auf Glück und Unglück vvohl bereitet und gerüſtet ſeye. *Vettem eſzembe őtet, hogy mind a' ſzerentsére, mind pedig a' ſzerentsétlenségre jól és egyaránt kéſzülve és fegyverkezve légyen.* Id facere ſunt parati. Cic. *To vuchiniti gotovi jeſzu.* Sie ſind bereit dieſes zu thun. *Aztot tſelekedni kéſzen vagynak.* Certamini paratus. Quintil. *Gotov vojuvati, k-borenyu ſzpraven.* Zum Streit bereit, und gerüſtet. *Kéſzen és felfegyverkezett a' bajvivásra.* Ad navigandum paratus erat. Cic. *pripraven je bil na ladjiſze voziti.* Er vvare zum Schiffen bereit. *Elkéſzült-vala az hajókázáſra.* Animô erat paratiſſimô (*pro* promptiſſimô) ſuſtinere omnia, quæ impendebant. *Caſ.* Vir fuit tuendæ civitatis paratiſſimus. *Cic.* Paratum (*pro* in promptu, *vel* quod facilè haberi poteſt) id quidem, & in medio poſitum. *plin.* 2 eſt *partis.* ſed ſinè *Comp.* & *Superl.* Alienis nummis parata domus: *pro* Empta. comparata. *Za tugye novcze kuplyena, ſztravlyena hiſa.* Mit frembden Geld erkaufftes Haus. *Más pénzével vött ház. &c.*

Parcæ, arum, f. *plur.* Cic. *Chlovechanzkoga zivlenya y ſzreche tri Boſiche ali Vile,* Glotho, Lacheſis, y Atropos *zvane.* Drey Lebens - und Glücks - Göttinnen. *Ember életének és ſzerentséjének három Iſten aſzſzonyi.* Filiæ credebantur eſſe Noctis & Herebi, vitæ humanæ, quam nendo producere fingebantur, præſides. *Clotho* natu minima colum geſtat: *Lacheſis* ſecunda natu net: *Atropos* ſeniſſima, filum vitæ ſcindendo, homines è vivis tollit. Ità veteres

Digitized by Google

Veteres teſte *Cicerone.* Singul. *Parca.* Ovid.

Parcè, *Adv.* Cic. *Nedareſlivo, Zderʃno, Mertucbliвo, Sztedno*, vulgo *ſporo*, *ſporno.* Sparſam, mäſſiglich. *Fösvényen*, *Takarékoſon.*

Parcimōnia, &c. V. *Parſimonia.*

Parcĭprōmus, i, m. Plaut. *Szkùp goſzpodar, ki neraad dáje; Derſiga, ſztiſzni-s'aka.* Ein karger Filtz, Geitzhals, Knicker. *Takaros gazda.*

Parcĭtas, atis, f. Senec. *Zderslivoſzt, ſztiſznenye bráne, zmerno y ſzkupo ſivlenye*, vulgo *ſparanye.* Das Spahren, e. Einhaltung der Koſt, r. Abbruch. *Zobrákſág, ſzoros markuſág.* Vid. *Parſimonia*, *Frugalitas.*

Parco, is, ere, pĕperci, & parſi, parcĭtum, & parſum (*Neu.*) Cic. 1. propriè: *Zderſavamſze, babamſze odſta: praſztyam, ſztedim.* Mich einhalte, ſchone, verſchone. *Meg engedek*, *Megtartóztatom magam.* Vid. *Abſtineo*, *Contineo N.* 2. *Ceſſo*, *Indulgeo N.* 1. Alicujus dignitati parcere: *id eſt* Continere ſe propter dignitatem alicujus. *Cic.* Metui parcere: *pro* Abſtinere â metu, metum deponere. *Virg.* Ab incendiis & cædibus parcere: *pro* Abſtinere, ſe continere. *Liv.* Item V. *Ignoſco N.* 2. *Condono.* In hac ſignificatione ſolum Dativum admittit. *ut*: Italiæ parcitum eſt: *Plin.* Vid. *Ignotum eſt.* Homini ſcelerato parcere: *pro* ignoſcere. *Cic.* Nulli labori, nulli operæ parcere: *id eſt* Omnem laborem & conatum impendere, adhibere. *Cic.* 2 apud Plaut. &c. *Sztiſzkam, cbuvam*, vulgo *ſpáram.* Spahre. *kimélem.* Vid. *Conſervo.* Argenti &c. multa talenta natis parce tuis: *id eſt* conſerva, ſerva. *Virg.* Impenſæ parcere: *pro* Conſervare pecuniam, abſtinere ab impenſis. *Terent.* 3. Parce facere: *pro* noli facere, ne facias. *Virg.*

Parcus, a, um, Cic. *Synon.* Sumptibus parcens, tenax, parvo contentus. *Zderſlio, zmeren, z-malim zadovolyen, ſztiſznyen, ſztiſznut, ſpor, ſporni.* Karg, kündig, ſparſam, mäſſig, mit vvenigen vergnügt. *Fösvény, ſzoros markú, ſomſánál-fözö, kevéſſel megelégedö.* Vid. *Frugalis*, *Tenax N.* 2. *Modicus N.* 1. *Exiguus.* Comitatu parcus: Plin. *Malo z-ſzobum za ſzprovodenye imajuchi.* Wenig Leuth bey ſich zur Begleitung habend. *Kevés kiſéröi vagynak.* Aliquid manu parca dare, offerre. Horat. *Szkúpo, ſztiſznuto, ſporno kaj davati.* Kärglich etvvas geben. *Valamit fösvényen, ſzoros markokból adni.* In re danda parcus: *pro* Avarus, tenax. *Cic.* Colonus parciſſimus: *pro* frugaliſſimus. *Cic.* Somnus parcus: *pro* Modicus. *Plin.* Cibi parciſſimus: *id eſt* Exiguo & frugali cibo contentus. *Plin.*

*Pardălis, is, f. Curt. V. *Pardus.*

*Pardus, i, m. Plin. *Leubart, Pard-ſzamecz.* s. Panther-Thier männliches Geſchlechts. *Hím párduts.* Solo ſexu à Panthera differt: ità *Plin.*

*Părēlĭon, ii, n. Senec. *Szpodoba iliti Kip ſzuncza, koiſze na dergyenomu oblaku po vupiranyu ſzunchenih trákov kakti drugo ſzuncze vidi.* e. Geſtalt der Sonne, vvelche durch zuruckfallende Strahlen der Sonnen von einer dichten, aber zum Regen ſich ereigneten Wolcke vorgeſtellet vvird. *Napnak a' képe, melly a' napnak súgárai által a' felhöben látszik.*

Părens, entis, *com.* Cic. *Otecz, Mati: Roditel, Roditelicza.* r. Vatter, e. Mutter. *Szülö atya, ſzülö anya.* Parentes. *Roditeli, ſztareſſi.* Die Aeltern. *Szüléink, Eleink.* 2 Transl. *ad alia*: Socrates Philoſophiæ parens: *pro* Author. *Cic.* Sanctiſſima parens patria: *pro* Procreatrix. *idem.*

Părentālia, orum, *vel* ium, n. *plur.* Cic. *Vſzako-letni, iliti vſzako godiſche bivajuchi ſzpomenek za pokojne ſztareſſe.* Jährliche Gedächtnus für die abgeſtorbene Aeltern. *Minden eſztendei balotti tiſzteſſég megbóltt ſzüléinkért.* Item V. *Funebre convivium*, *Exequiæ.*

Părentālis, is, *com.* le, n. Ovid. *K-pokopu ſztareſſih zpadajuchi.* Zur Leich der verſtorbenen Eltern gehörig. *Megbóltt ſzüléink temetéſéhez-való.* Item generatim & per Synecd. V. *Exequialis*, *Funebris.* Dies parentalis. *Ovid.* Vid. *Parentalia*, *Parentatio.*

Părentātio, onis, f. Tertul. V. *Exequiæ*, *Funebre Convivium*, *Oratio funebris.*

Părentēla, æ, f. Jul. Capitol. V. *Affinitas N.* 1. *Cognatio*, *Conſanguinitas.*

*Părenthĕſis, is, f. Quintil. *Medgovor, Medpiſzek, Umetka, Umetnutje, Medpoſztavlenye zvanrednoga govorenya vu govorenyu, ali piſzanyu.* e. Zvviſchen-Rede, r. Einſatz, Zvviſchen-Satz, da man immerzu einen gantzen Spruch in einer Rede hinein ſetzt. *Közben ſzólás, közben vetés; Beſzédben vagy írá ban valami ſzónak rend-nelkül-való bébelybeztetéſe.* Vid. *Interjectio*, *Interpoſitio*, *Interruptio.* Scripta,

Digitized by Google

pta, aut typis excuſa parentheſis his ſignis ( ) notari conſvevit, quæ idcirco notæ parentheſis appellantur.

Părentĭcīda, æ, *com.* Plaut. V. *Matricida*, *Parricida*.

Părento, as, are, avi, atum, (*Neu.*) propriè ſignificat parentibus juſta facere, ſed per Catachreſin aliis quoque tribuitur. Cic. *Szpomenek za pokojne ſztareſſe imam, Mertvih obſzluſavanye chinim.* Der verſtorbenen Aeltern Gedächtnus begehe. *Megholt ſzüléimnek emlekezetit tartom.* Item generatim Vid. *Funero*, *Exequior:* Alicui parentare. *Cic.* Item *Transl.* parentare pietati. *Cic.* 2 Sanguine conjuratorum parentare Regi: *id eſt* Cædem Regis *vel* Conjurationem ulciſci: *q. d.* Manes occiſi, occiſoris, vel conjuratoris ſanguine placare. *Liv.* Luxuriæ parentare: *pro* Immoderatis conviviis, & omnis generis deliciis uti. *Senec.* Parentatur &c. *Imp. paſſ.* Cic.

Păreo, es, ere, părui, parĭtum, [Neu.] Cic. V. *Adſum N.* 1. *Praſtò ſum.* Item, id quod uſitatiſſimum eſt, V. *Obſequor, obtempero.* Voluntati architecti parere: *id eſt* obedire, dicto audientem eſſe. *Cic.* Gulæ parere: *pro* Indulgere. *Horat.* Promiſſis parere: *pro* præſtare promiſſa. *Ovid.* Neceſſitati parere: *pro* ſubditum, ſubjectum eſſe. *Cic.* Dicto paretur: *Impers. pro* obeditur. *Liv.* 2 juxta lectionem *Pauli Manutii.* Vid. *Appareo.* In adverſariis parere (*pro* apparere) contendit. *Cic.* Alii legunt *patēre*.

* Părergon, *vel* parergum, i, n. Plin. *Nenakanyena pridava: Dugovanye chemu prez potrebochë pridàno, koje pervo ni nakanyeno bila.* s. Neben-Werck, ohne Noth und vorgehender Meynung beygeſetztes Ding. *Minden a' mi valami tſinálmány melli ſzükség-nélkül adatik.* Sic arbuſculæ, aviculæ &c. quas pictor, ornandæ tabellæ gratia, imagini pictæ addit, *parerga* vocantur. &c.

Paricida &c. V. *Parricida cum Derivatis.*

Părĭēs, ĕtis, m. Cic. *Szténa.* e. Wand. *Fal.* Intra parietes, *vel* intra domeſticos parietes. Cic. *Doma*, *Na ſzamochi.* Daheim. *Az háznál, othon.*

Părĭĕtālis, is, *com.* le, n. Marcell. Empir. *Sztenin, iz ſzténe, ſztenovni.* Der Wand gehörig, ſo aus der Wand kommt. *Falboz való*, *Falból jövő.*

Părĭĕtārĭa, æ, f. Apul. *Zido-tráva*, *ſztenotráva, na ſzteni*, ali *zidu raztucha tráva.* s. Maur-Kraut, Tag-und Nacht-Kraut, St. Peters-Kraut. *Kő rontó-fű, Fal-fű.*

Părĭĕtārius, a, um, Jul. Firmic. *Szteno-delacz, Sztenàr.* r. Wandmacher. *Fal-tſináló.* Vid. *Murarius.*

Părĭētĭna, æ, f. Cic. *Sztara y nagnyena ſztena, na pòl poderta, ali vruſena ſztena, ſztara zidina.* Alt und niederfällige Wand, eine alt und niederfallende Mauer. *Romlott fal, Dűlő fal.*

Părĭlis, is, *com.* le, n. Ovid. V. *Æqualis*, *Æquipar.*

Părĭlĭtas, atis, f. Gell. *Jednakoſzt*, *Jednachina.* e. Gleichheit. *Egyenlőség.* Vid. *Æqualitas.*

Părio, as, are, avi, atum, [Neu.] Ulpian. *Jednáchim, Jednako chinim, pàr chinim, vu rachunov davanyu Dohodek Z-Troſſkom jednak chinim.* Gleich mache, paar mache; In einer Rechnung Einnahme und Ausgabe einander gleich mache. *Haſonlóvá tſinálom, Máſſát adom valaminek; A' ſzám adásban a' hóvett jószágot a' ki adottal egyenlővé téſzem.* Vid. *Æquipar o, Æquo N.* 1. Hinc derivantur *Pariatio*, *onis, f. Pariator, oris, m.* JCt.

Părio, is, ĕre, pĕpĕri, partum, *&* părĭtum, (Act.) Cic. *Rodim*, *Léſem*, *Kotim*, *Neſzem.* Gebähre, Lege. *Szülök, Ellek, Tojok.* propriè denotat fœtum, vel ovum eniti, quod ad ſolas fœminas pertinet. V. *Enitor N.* 1. Mater parit filium. Cic. *Mati rodi ſzina.* Die Mutter gebähret einen Sohn. *Az anya ſzüli a' fiát.* Gallina parit ova. Cic. *Kokoſſ jájcza neſze.* Die Henne legt Eyer. *A' tyúk tojáſt tojik.* Gallina ova peperit. *Kokoſſ je jájcza zneſzla.* Equa peperit hinnulum. *Kobila je ſrébe zlegla: ali jeſze oſrebila.* Mures pariuntur: *Miſſze kote.* Vitulum parere. *Otelitiſze.* Capram parere. *Okozitiſze.* Canes parere. *Oſchenitiſze.* Nefrendes parere. *Opraſzitiſze. &c.* Item generatim V. *Genero*, *Gigno.* Terra parit fruges. Cic. *Zemlya rodi, plodi, ali donáſſa ſzàd.* Die Erde bringt Frucht herfür. *A' föld gabonát, és gyümöltsöt terem.* Vicinus noſter filium ſe pepeiſſe memorat. *Cæcil.* apud *Non.* 2 Transl. *Fingo N.* 1. *Excogito.* *Invenio N.* 1. Verba parere. *Cic.* Lethum ſibi manu propria parere: *pro* conſciſcere: *id eſt* Mortem ſibi ipſi inferre. *Cic.* 3. V. *Comparo N.* 2. *Conſequor N.* 2. *Acquiro, Indipiſcor, Obtineo.* Laudem ſibi parere. Cic.

Hvalu

Digitized by

Hvalu-ſzi zadobiti. Ihme ſelbſt ein Lob ervverben. *Magának dicſéretet nyerni. ſzerzeni.* Hæc res multas mihi curas peperit. *Vnogo mi je ſ. kerbi ovo dugovanye dodalo, zaudalo, zrok bilo.* Das Ding hat mir viel Sorgen verurſachet. *Ez a dolog ſok gondokot ſzerzett nékem.*

* Păris, ĭdis, m. Cic. Priami Trojanorum regis, & Hecubæ filius. In dirimendis controverſiis erat æquiſſimus. Hac juſtitiæ famâ permotæ DEæ Juno, Pallas & Venus eum judicem elegerunt, dum propter aureum pomum, cui à Jove cælitus demiſſo inſcriptum legebatur, *detur pulcherrima*, de formæ præſtantia diſceptarent. Is neglecto, quod Juno pollicebatur, regno; ſpretáque, quam Palas offerebat, ſapientiâ; ſententiam pro Venere tulit, à qua pulcherrimam mulierum promiſſam non diffidebat ſe obtenturum. Subinde in Græciam venit, ubi Helenam Menelai regis conjugem rapuit, ac in Aſiam deduxit, quo raptu univerſam pene græciam ad excidium Trojæ commovit. Et hæc celeberrimi illius trojani belli, in quo Paris Achillem dolo circumventum interemit, cauſa fuit. *Virg. Ovid.*

Părīſii, orum, m. *plur.* Ammian. *Pariz, Glaſzoviti Franczuzki váraſ, vu kojem kraly prebiva.* e. Haupt-*und* Reſidentz Stadt Paris in Franckreich. *Páris. fő váreja Frantzia orſzágnak, a' hol a' király lakik.* Civitas eſt poſt Byzantium maxima totius Europæ, populiſſima, & ditiſſima. A Carolo M. Galliarum Rege plurimis eſt aucta ornamentis. Inter præcipua eſt Univerſitas Artium pariſina, toto chriſtiano orbe facilè princeps, ex qua plurimi ordinum fundatores, aliique doctrinâ & ſanctitate maximè conſpicui viri prodivêre. &c. *ità paſſim Hiſtor.*

Părĭtas, atis, f. Arnob. V. *Parilitas, Æqualitas.*

Părĭter, *Adv.* 1. V. *Æqualiter.* 2. V. *Similiter.* 3. V. *Simul.* ità Cic.

Părĭto, as, are, avi, atum, (Act. *Freq.* à paro) Plaut. *Guſztokrat pripravlyam.* Offt zubereite. *Kéſzülgetek, kéſzitgetem.*

Părĭtūdo, ĭnis, f. Plaut. V. *Geneſis N.* 1. *Genitura, generatio.*

* Părius, a, um. *Virg.* Spectans ad Inſulam *parium.* Lapis parius. Virg. *Béli mramor, kamen.* Weiſſer Marmor-Stein. *Fejér márvány kő.* Vid. *Lapis ſub N.* 1.

† Parix, icis, f. V. *Parra.*

† Parlāmentum, i, n. 1. V. *Colloquium.* 2. *Szpravişche najvekſſih vu kralyeſztvu.* e. Verſammlung der Fürnehmſten eines Lands. *Valamely orſzág fő embereinek öſzve gyülése.* Vid. *Comitia, Conventus.* Angliæ parlamentum: *pro* Comitia ordinum Angliæ. *Galliæ* parlamenta, ſunt cujuſque provinciæ ſupremus ſenatus, V. *Dicaſterium.*

Parma, æ, f. (à Thracibus & vox, & res ſignificata originem accepit) Liv. *Okrugel y kratek ſchit.* Runder kurtzer Schild. *Kerek és kurta paiz.* 2 Eſt Nomen Civitatis Italicæ.

Parmātus, a, um, Liv. *Z-takvim ſchitom oboruſen, zakrit.* Mit gleichen Schild bewaffnet, bedeckt. *Kerek és kurta paiſsal fegyverkezett, bétakartt.*

Parmŭla, æ, f. (*Dimin.*) Horat. *Mali okrugli ſchit.* Kleiner runder Schild. *Kis kerek paiſotska.*

Parmŭlārius, ii, m. Quint. *Bojnik okrugli ſchit imajuchi.* r. Fechter mit runden Schild bedeckt. *Kis kerek paiſsal hartzoló.*

Parnaſſus, i, m. *Herodotus.* Mons eſt Phocidis, Laudatiſſimâ laurô abundans, poëtis notiſſimus. Ad radices parnaſſi fons caſtalius effluit.

Păro, as, are, avi, atum, (Act.) Cic. *Pripravlyam.* Zubereite. *Kéſzitek.* Vid. *Apparo, Adorno N.* 2. *Inſtruo N.* 1. *Præparo, Orno N.* 2. Subſidium ſenectuti parare: ſe ad aliquid parare. *Cic.* 2 V. *Inſtituo N.* 1. *Intendo N.* 2. *Molior N.* 2. Iter, bellum &c. parare: *pro* molliri, intendere, meditari. 3. V. *Pario N.* 2. *Procuro.* Famulos, Agros, gloriam &c. ſibi parare: *pro* Acquirere, conſequi, procurare. *Cic.* 4. V. *Conſtituo, Delibero.* Ità paratum eſt: *pro* deliberatum, ſtatutum. *Plaut.*

* Păro, ōnis, m. Cic. V. *Myoparo.*

* Părŏchīa, æ, f. 1. propriè V. *Exhibitio N.* 2. *Præbitio*, ità Cic. 2 juxta communem acceptionem. *Ovcharnicza duhovna, Czirkva jedne menyſſe kerſztyanzke obchine: ſüpa* vulgo *Plebania, Plovania, Fara.* Eine Pfarre. *Mégye. Egy kiſſebb közönség a' keresztény ányaſzentegyházban, Plébánia, Fára.* Hinc

Părŏchiālis, is, *com.* le. n. & Părŏchiānus, a, um. *Farni.* Einer Pfarre, *oder* einem Pfarrer zugehörig. *Megyéhez tartozandó.* Eccleſia parochialis. *Farna czirkva.* e. Pfarr-Kirche. *öreg templom.*

* Părŏchus, i, m. 1. Proprie V. *Exhibitor N.* 2. *Præbitor.* Hoc nomine vocabantur apud romanos publici curatores, & miniſtri,

ſtri, qui peregrinis Reip. nomine munera, atque alia neceſſaria præbebant. ità *Cic.* Hinc 2 apud Chriſtianos per Tranſl. *Duhovni paſztir, duhovnik, Súpnik*, vulgo *plovan, plebanuſs.* T. Seelſorger, Pfarrer. *Megyés pap, Plébánus.*

* Părœcia, æ, f. V. *Parochia.*

* Părœmĭa, æ, f. Quint. V. *Adagio.*

* Părōnȳchia, æ, f. & Paronychium, ii, n. Plin. *Zanohticza, otok nohteni, kurje oko.* Ein bös Nagel-Geſchvvär, Hüner-Aug. *Köröm méreg, Láb-uj feltörése, tſomózáſa.*

* Părŏpſis, ĭdis, f. Juven. *Gluboka zdela.* Eine tieffe Schüſſel. *Mély tál.*

* Părŏxyſmus, i, m. *Pribodek zimlicze, zimlichno opominanye, zima pred zimliczum.* Das Ankommen, *oder* Anfallen des Fiebers, das Fröſteln, die Vorbothen des Fiebers. *Hideglelés elött-való hideg, Hideglelés izenö.*

Parricīda, *vel* paricida (*idem eſt de cæteris hujus generis*) æ, *com. aliis m.* Cic. *Otcza, ali Matere vumoritel, Otczo-morecz, Majko-morecz.* T. Todtſchläger des Vatters, *oder* der Mutter. *Attyának,* vagy *Annyának gyilkoſa.* 2 per Catachr. extenditur ad Interſectores, Propinquorum, Civium, & hominum liberorum. *Item* ad proditores patriæ, quæ inſtar parentum haberi debet. *ut :* Civium parricida: *pro* Interſector, *Cic.* Sacrorum, patriæ parricida: *pro* Proditor, Depopulator, Deprædator, Everſor, Oppreſſor. *Cic.*

Parricīdālis, *Quintil.* & Parricidiālis, is, *com.* le, n. Lamprid. *Roditelo-morſzki, Lyudomorſzki &c.* Vatter-Mörderiſch, Mutter-Mörderiſch. &c. *Illyen gonoſz-tévökhöz-való.*

Parricīdium, ii, n. Cic. *Otczo-Morſztvo, Majko-morſztvo: Rodbine, ali drugih domachih, ali Znanih Ubojſztvo, Umorenye.* Vatter-Mutter-eines Befreunden, *oder* Mit-Burgers Mord. *Atyai, Anyai, Attyafiai, Polgári gyilkoſſág.* Hic de patris, & pătrui parricidio cogitavit. *Cic.* 2 Nefarium patriæ parricidium: *pro* Everſio, proditio, depopulatio, deprædatio. *Cic.* Accipitur etiam pro quovis enormi ſcelere. Vituperare quiſquam vitæ parentem, & hoc parricidio ſe inquinare audet. *Cic.* Alii tamen, ſed minus rectè legunt *parricidioſè.*

Pars, partis, f. Cic. *Sztran, Dèl.* T. Theil. *Réſz.* Item V. *Fruſtum.* Varius eſt hujus vocis *uſus, ſic.* Facere partes. Cic. *Razdeliti,* Theilen. *Oſztani.* Diverſa, *vel* Adverſa pars. Quintil. V. *Adverſarius.* Parte: *pro* partim. *Plin.* Ex parte: *pro* ex una parte, *vel* partim. *e. g.* Tamen ex parte gaudeo. Tua laus ex aliqua parte fuerit. Ex magna parte tibi aſſentior. *Cic.* Milites pars (*pro* partim) victoriæ fiduciâ, pars (*pro* partim) ignominiæ dolore ad omnem lætitiam proceſſerant. *Sueton.* Pro ſua parte: *id eſt* pro virili, pro viribus. *ut :* Quibus aliquid opis fortaſſe ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte ferre potuiſſet. *Cic.* Multis partibus: *pro* Multò, Multùm. *Cic.* Duabus partibus amplius: *pro* duplô plus. *Cic.* Magnam partem, *per Helleniſmum, pro* Magna parte. *ut :* Magnam partem ex jambis noſtra conſtat oratio. *Cic.* Ubi ſubintellige præp. *ſecundùm.* In omnes partes: *pro* Omnino. *Cic.* Nullam in partem: *pro* Nullatenus, nullo modo. *Cic.* In optimam partem aliquid accipere, *vel* in mitiorem partem interpretari. Cic. *Kaj zevſzema za dobro vzeti.* Etvvas zum beſten aufnehmen. *Valamit jóra érteni.* In partem prædæ venire, vocare. In nullam partem diſputare &c. *Cic.* 2. Vid. *Locus N. 1. Regio.* Omnes, quæ in illis partibus eſſent, opes, copiaſque tuas eſſe. *Cic.* 3. V. *Factio N. 2.* Tenuerunt partes Cæſaris. *Cic.* 4. V. *Obligatio N. 2. Officium N. 1.* & 2. *Dignitas.* In hac autem ſignificatione adhibetur ſemper in *Num. plur. ut :* Mearum partium eſt: *vel* Meæ partes ſunt. Cic. *Moja chaſzt zſzobum donaſſa, moje duſnoſzti jeſzt, moja chaſzt ali duſnoſzt je.* Das bringt mein Amt mit ſich, es iſt mein Amt, *oder* Schuldigkeit. *Az én tiſztem vagy Hivatalom.* Hinc *dicitur,* primas partes agere, primas (*ſubaudi* partes) tenere: *pro* principem perſonam gerere, primatum in aliqua re habere. *Terent. Cic.* Alicui primas, *vel* priores (*omittitur Accuſ.* partes) deferre &c. *pro* Alicui primum locum, *vel* honorem tribuere. *Cic.* Meæ partes non deſiderabuntur: *vel* Meis partibus non deero: *pro* ſatisfaciam meo muneri, & obligationi: Meum officium omnino non negligam. *Cic.* Subire partes, imponere alicui partes: *id eſt* Officium, Munus, Miniſterium, obligationem. *Cic.* 5. Vid. *Cauſa, res.* Quod plura in ea parte verba fecerim. *Cic.* 6. V. *Cœtus, Numerus N. 1. Ordo N. 1.* In impiorum partem aliquem transferre. *Cic.*

Parsĭmōnia, æ, f. Cic. *Hrano-ztegnutje, ſztednya,*

Sztednya, *zmera-*, vulgo *Spornoſzt.* e. Kargheit, Sparſamkeit. *Kémélés*, *Kiméllve Költés.* Vid. *Frugalitas*, *Parcitas*, *Moderatio.*

*Parthĕnĭum, ii, n. Plin. V. *Matricalis herba:* ſunt & aliæ ſpecies parthenii herbæ apud *Plin.*

* Parthĕnĭus, ii, m. *Plin.* Mons Arcadiæ, in quo Virgines ſacra veneri faciebant, vel venari ſolebant.

*Parthĕnĭus, a, um, *Propert.* 1. Ad parthenium montem ſpectans. 2. V. *Virginalis.* Hinc proles parthenia: *Græcis* parthĕnias, ădis, f. *Divojachko*, ali *od divojke déte.* s. Jungfern-Kind. *Szüztöl-való gyermek.*

*Parthĕnon, ōnis, f. V. *Virgo.*

† Partiālis, is, *com.* le, n. *Melius latinè* Homo unius partis, *vel* Factionis. *Jedne ſztráne, Jedno-ſztran, z-jednum ſztránum derſechi.* Theilig, Partheyiſch, mit einer Parthey haltend. *Egy réſzü, egy réſzſzel tartó.*

† Partiālĭtas, atis, f. *Jedno-ſztranoſzt.* e. Theiligkeit. *Egy réſzüſég.*

Partiārĭō, *Adv.* Cato. *Na dvoje*, *jednako-razdelno*, *na jednake déle*, *ali ſztráne.* Gleich theilig, auf gleichem Theil. *Egyaránt két réſzre elosztva.*

Partiārius, a, um, Apul. V. *Communicativus*, *Diviſus.* Honor partiarius: *id eſt* inter duos diviſus. *Apul.*

Partiarius, ii, m. Cato V. *Communicator N.* 1. *Diviſor.*

Partibĭlis, is, *com.* le, n. Claudian. V. *Diviſibilis.*

Partĭceps, cĭpis, *om.* Cic. *Synon.* Participans, partem capiens, Hæres, Socius. *Délnik*, *Délnicza.* Theilhafftig. *Réſzes*, *közös.* Aliquem alicujus rei participem facere. *pro* Ei *vel* cum eo aliquid communicare, partiri, participare. *Cic.* Alicui in aliqua re *Quinct.* vel: de re aliqua *Plaut.* vel: rei alicujus participem eſſe. Curt. *id eſt* cum illo partem habere.

Partĭcĭpātio, onis, f. Spartian. *Déla jemlyenye, Délnichtvo.* e. Theilhafftigkeit. *Valakivel valamit közlés.* Vid. *Communio N.* 2. Item V. *Communicatio N.* 1.

Partĭcĭpātus, ûs, m. Spartian. *idem.*

Partĭcĭpiālis, is, *com.* le, n. *Quintil.* Ad participium pertinens: *id eſt* ex Nomine & Verbo aliquid participans. V. *Particeps.*

Partĭcĭpium, ii, n. *Quintil.* Eſt pars Orationis declinabilis, ſignificans cum tempore. *Delniko-Rechje.* Mit-genieſſende Rede. *Közös beſzéd.*

Partĭcĭpo, as, are, avi, atum, (Act.) 1. *Dél priemlyem*, *Délnikſzem*, *dél dobivam.* Mein Theil empfange, theilhafftig werde. *Réſzt véſzek, réſzet léſzek.* Synon. *particeps fio, partem capio.* Aliquid ab aliquo participare. participare peſtem. *Cic.* 2 idem ac participem facio. *Délnika chinim.* Theilhafftig mache. *Réſzeſſé téſzem.* Vid. *Communico N.* 1. *Diſtribuo*, *Divido*, *partior.* Aliquid cum aliquo *Liv. vel:* aliquem alicujus rei *vel* de aliqua re participare. Plaut. *Kôgavu kakvom dugovanyu delnika uchiniti.* Einen eines Ding theilhafftig machen. *Valakit valamiben réſzeſſé tenni.* Tuas laudes mecum participa. *Synon. & phras.* Fac me tuarum laudum participem. In Societatem, *vel* communionem me tuarum laudum venire patere. Communices mecum tuas laudes. Ne me tuorum decorum expertem ſinas. Gloriæ tuæ partem aliquam in me deriva. Tuæ mihi laudis aliquid impertire. In partem me tuorum decorum voces. Tuas mecum delicias conſocia. &c.

Partĭcŭla, æ, f. *Cic.* parva pars. *Délchecz*, *Sztranchicza.* Kleiner Theil. *Réſzetske.* Item V. *Fruſtillum.* 2 Apud grammaticos *particula* vocantur voces minores, quæ aliarum vocum conſtructioni, vel compoſitioni deſerviunt. *Gell.*

Partĭcŭlāris, is, *com.* re, n. Apul. *Délni*, *poſzebni*, *oſzebni*, *poſzobit*, *oſzobni.* Theilig, ſonderbar. *Egy réſzü*, *Magános.* Item V. *peculiaris.*

Partĭcŭlārĭter, *Adv.* Jul. Firmic. *Na délcze.* Theilweis. *Réſzenként.* Item V. *Fruſtatim*, *Fruſtillatim*, *Membratim*, *Diviſè*, *peculiariter.*

Partĭcŭlātim, *Adv.* Auct. ad Heren. *idem.*

Partĭlis, is, *com.* le, n. Ammian. V. *Diviſibilis.*

Partĭlĭter, *Adv.* Arnob. *Razdelyivo*, *Razluchlivo.* Theilig, abſonderlich. *El-oſztatólúl, el-oſztatóképen.* Vid. *Diviſè.*

Partim, *Adv.* Cic. *Iz jedne ſztráne, iz druge ſztráne: Z-jednum*, ali *z-drugum ſztránum: Nekaj*, *Neſto.* Zum Theil, theils, eines Theils. *Réſz-ſzerint*, *egy réſzént.* In oratione fere ſemper repetitur. *e. g.* Ut eos partim ſcelerum ſuorum, partim etiam ineptiarum pœniteret. *Cic.*

Partio, onis, f. Varr. *Radyenye*, *plodenye*, *zleſenye*, *kotenye*, *zneſzenye.* Das Gebähzen,

ren, das Legen. *Szlllés*, *Ellés*. Item generatim. V. *Generatio*.

Partio, is, ire, ivi, itum, [Act.] V. *Diſtribuo*, *partior*. Cum illis prædam partiam. *Plaut*. paulo ſecus à me, atque ab illo partita ſunt. *Cic. 2. de Orat. c. 30.*

Partior, iris, iri, itus ſum, (Dep.) Cic. *Delim*, *Déle ebinim*. Zertheile. *Darabolom*. Vid. *Disjungo*, *Diſtribuo*, *Divido*, *Dimidio*. Aliquid partiri: aliquid in ſpecies certas partiri: Cauſas cum aliquo partiri. Officia inter ſe partiri. *Cic.*

Partitè, *Cic.* partitim, *Adv.* Claud. V. *Diviſè*, *Diſtributè*, *Dimidiatim*.

Partitio, onis, f. Cic. V. *Diviſio*, *Diſtributio*, *Disjunctio*, *Separatio*.

Partitò, *Adverbialiter*. Ulp. V. *partiariò*, *dimidiatim*, *partitè*.

Partitor, oris, m. Cic. *Razdovitel*. r. Zertheiler, Halbirer. *E'oſztó*. Vid. *Diſtributor*, *Diviſor*, *ſeparator*.

Partitus, a, um. *Adject. paſſive ſignific. ex partio*. Lucr. V. *Diviſus*.

Partor, oris, m. Plaut. *Zadobitel*. r. Ervverber, Zuvvegenbringer. *Szerző*, *kereső*, *nyerő*. Item V. *Auctor*. *N. 1.*

Partura, æ, f. Varr. V. *Partus*, *Partio*.

Parturio, is, ire, (*Ex mente Alvari, inſtar aliorum Meditativorum, caret præteritô & ſupinô, uti & Cœnaturio: apud alios verò præſertim apud SS. PP. paſſim reperies utrumque*) ivi, itum, (Act. *Medit.* à pario) Terent. *Radyam*: *Selim*, ali *Terſzimſze roditi*, *ploditi*, *llebi*, *Zneſzti*. Verlange, *oder* mich bemühe zu gebähren, in Kinds-Nöthen liege, zur Geburt Arbeite. *Szülbetném*. 2 Transl. Conceptum periculum parturire: *pro* Moliri, meditari, in lucem producere velle. *Cic.* Animus aliquid parturit. *idem*. Montes parturiunt &c. *ac ſi diceres*

Hruſztilovich jaki Momak,
Neima nigder ſzebi para:
A vu voiſzki verli Junak
Sto je vubil? dva pſza ſztara.

Mancher prahlet vvacker, und iſt doch nichts darhinter. *Sokatban kérkedezni*, *és a' mellet ſemmie ſem lenni*. Vid. *Mons*.

Partus, a, um, *Rodyen*, *porodyen*, *zléſen*, *zneſzen*, *zkoten*. Gebohren, gelegt. *Született*. Virg. 2 Transl. *pro* Acquiſitus, comparatus. *Zadobiyen*, *zadobit*. Ervvorben. *Kereſett*, *nyertt*, *találtt*. Malè parta, malè dilabuntur. Cic. *Kak dobiyeno*, *tak zgublyeno*. Wie gevvonnen, ſo zerronnen. *Ebül gyűltt marhának ebül kell el-veſzni*.

Partus, ûs, m. Cic. *Porod*, *Plod*. e. Geburt. *Születés*. Vid. *Partio*. 2 Metonymicè V. *Proles*, *Fœtus*. pro ſuo partu pugnare: *id eſt* pro fœtu, prole. *Cic.* 3 Transl. V. *Fructus N. 1. Fruges*. ità Plin.

Parvi duco, is, ere, xi, ctum, (Act.) Cic. *Kôga za malo derſim*. Gering halte, vvenig achte. *Kitsínynek alitom*. Vid. *Flocciſacio*.

Parvi facio, is, ere, eci, actum, [Act.] Pompon. *apud* Non. *idem*.

Parvipendo, is, ere, endi, enſum, (Act.) Cic. *Kôga, ali kaj za malo preſtimávam*, *ali czenim*. Gering ſchätze. *Keveſre betsüllöm*, *kitsíny árrát-ſzabom* Vid. *Parvi duco*. Sic & alia ſimilia verba componi poſſunt.

Parvitas, atis, f. Cic. *Malahnoſzt*, *Malina*, *Drobnoſzt*. e. Kleinheit. *Kitsinység*. Vid. *Exiguitas*.

Parum, *Adv.* Cic. *Malo*. Wenig. *Kitsínyent*, *keveſſé*. Parúmne eſt, Piſo, quòd tantùm homines feſelliſti? *Jeli to malo*? ali *Ni to doſzta*, *Piſo*, *daſzi ſzamo lyudi vkanil*? Iſt es dann ein geringes? *oder* iſt es nicht genug, Piſo, das du nur die Menſchen betrogen haſt? *Kitsínyé az*? vagy *Nem elégé az*, *hogy tſak az embereket tſaltad-le*? Cic.

Parumper, *Adv.* Cic. V. *Pauliſper*, *Aliquandiu*, *Aliquantillum*, *Aliquantiſper*, *Aliquantum*, *Modicè*.

Parus, i, m. Auct. philom. *Szeniczа*. Eine Meiſe. *Tzinege*, *kis párú madár*. parus major. *Szeniczа privekſſa*, *na terbuhu ſuta*, *na glavi cherna*, *okolo ôk béla*. e. Kohl-Meiſe. *Leg-nagyobb tzinege*, *a' mellyén sárga*, *a' fején fekete*, *a' ſzemei mellet feſér*. parus minor. *Szeniczа menyſſe felye*, *na glavi y krelyutah modra*. e. Blau-Meiſe. *Kiſſebb tzinege*, *a' fején és a' ſzárnyain kék*. parus caudatus. *Dugo-repta ſzenichicza*, *najmenyſſe felye*. e. Galgen-Meiſe. *Hoſzſzú farkú tzinegécske*. Sunt & aliæ parorum ſpecies.

Parvulus, a, um. Cic. *Kruto mal*. Sehr klein. *Igen kitsínyke*, *kicsike*. Vid. *Modicellus*.

Parvulus, i, m. Quintil. V. *puellus*, *puſio*. A parvulis duritiæ, & labori ſtudent: *id eſt* ſtatim à teneris, ab ipſâ pueritia, ſtatim à puero. *Cæſ.*

Parvus, a, um, Cic. *Mal*, *Malahan*. Klein. *Kitsíny*, *kis*. Vid. *Exiguus*. Interdum ponitur pro eo, quod eſt *exigui*, vel *minimi pretii*.

Digitized by Google

pretii. parva ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. *Cic. 1. Offic.* Genit. *parvi* cum verbis æſtimandi eleganter adhibetur. *ut:* Illud primum parvi refert &c. *Cic.* 2 V. *Brevis N.* 1. parvæ conſvetudinis cauſa. *Terent.* 3 V. *paucus.* Plin. 4 V. *Humilis, pauper.* parvi properamus & ampli: *Horat.* Animus parvus: *pro* Abjectus, vilis. *Horat.* 5. ſubſtant. V. *puer.* Hinc à parvo, à parvis. *pro* ab infantia, vel pueritia. *Cic. Ho.* Minor, Minimus. *V. ſuis locis.*

Paſcālis, is, *com.* le, n. Lucil. *apud.* Non. *Paſsni.* Zur Weid gehörig. *Mezôn legelôi.*

Paſceŏlus, i, m. Plaut. *Koſnata vrechicza*, peregr. *ſaklinecz, ſakely.* Einledernes Säckel, lederne Taſche, r. Rantze, s. Felleiſen, r. Wadſack. *Lágy bôrbôl-való táska, tüſzô, tarſoly.*

Paſcha, æ, n. (vox hebræa) *Latinè* Tranſitus. Tertull. *Mimo iderye Mimoſsaſztje, Prebod.* r. Ubergang, Vorbeygang. *áltálmenés.* Ratio hujus eſt, quòd Angelus, dum cæderet Ægyptios, domos Israëlitarum ſanguine illitas immunes tranſierit. *Hinc* 2 accipitur *pro* Feſto Reſurrectionis dominicæ: *Vuzem, Vazam, Uſzkerſs, Uſzkerſsenye, Gore-ſztajenye Iſzu-Kerſzta.* e. Oſtern, Auferſtehung-Chriſti. *Huſvêt, Kriſtus feltámadáſa.*

Paſcha, ătis, n. Ambroſ. *idem.* Hæc tamen inflexio minus recta eſt, cùm nullum nomen in *a* tertiæ declinationis inveniatur, quod non ſit græcum, & more græco in *ma* deſinat.

Paſchālis, is, *com.* le, n. JCt. *Mimo iduchi, prebajaiuchi.* Vorbey gänglich, durchgänglich. *Mellette elmenô.* Item 2. *Vuzmeni. Uſzkerſzni.* Oeſterlich. *Huſvêti.*

Paſcĭto, as, are, avi, atum, (Activ. *Freq. à* paſco.) Varr. *Guſztokrat bránim, páſzem.* Oft vveide, füttere. *Legeldegelem.*

Paſco, is, ere, pāvi, paſtum, [Neu.] Plaut. *Paſzemſze, bránimſze, kermimſze.* Weide, mich ernähre. *Legelek, élôdöm.* Vid. *Comedo, Veſcor.* Conſtruitur vel *abſolutè.* Armenta per herbas paſcebant. *Ovid.* vel cum *Accus.* pavit ovis pratum: *pro* depaſta eſt, devoravit. *Ovid.* dicitur etiam de *homine.* Geſtis ire paſtum foras: *pro* comeſtum. *Plaut.* 2 eſt *Act.* Cic. *Páſzem, bránim, kermim kôga.* Weide, ernähre, füttere. *Legeltetem, éltetem, eledellel tartom.* Cùm ſues puer paſceret. *id eſt:* pabulum, vel paſcua ſuibus præberet, ſues ad paſcua duceret. *Cic.* Transl. V. *Delecto, Exhilaro, Recreo.* Cùm ejus cruciatu, atque ſupplicio paſcere oculos, animùmque exſaturare vellent. *Cic. 7. Ver.* Item V. *Nutrio* N. 1. *Foveo.* Amorem paſcere: *pro* fovere. *Ovid.* Barbam paſcere: *pro* nutrire. *Horat.*

Paſcor, ĕris, paſci, paſtus ſum. (Dep.) Vid. *Paſco N.* 1. paſcuntur verò ſylvas, & arbuta paſſim: *pro* Comedunt, depaſcunt, vel depaſcuntur. *Virg.* 2 eſt Verb. paſſiv. V. *Paſco* N. 2. *mutatâ ſignificatione activâ in paſſivam.* His ego paſcor. *pro* Nutrior, delector, recreor. Cic. *Z-temſze ja bránim, y naſzladujem.* Mit dieſem ich mich ernähre, und erluſtige, *oder* ernähret und erluſtiget vverde. *ėn ezekkel magamot táplálom ės gyönyörködtetem.*

Paſcua, orum, n. *plur.* Cic. *Paſſa, Paſsnik, Zpaſsinecz.* e. Weide, Weidung. *Legelô, legelô mezô.*

† Paſcua, æ, f. Tertull. *idem.*

Paſcuālis, is, *com.* le, n. Feſt. V. *Paſcalis.*

† Paſcuārium, ii, n. *Plácha za paſſu, Dácha od paſsnika.* r. Weide-Zins, ſo vvegen Weide gezahlet vvird. *Legeltetéſért-való bér.*

Paſcuè, *Adv.* Apul. V. *Opiparè, opimè.*

Paſcuōſus, a, um, Apul. *pun paſſe.* Voll vveide. *Legelettel teli.*

Paſcuum, ii, n. Colum. V. *Paſcua.*

Paſcuus, a, um, Plaut. *Za paſſu odluchen, popaſzliv, za paſſu dober.* Das zu vveiden verordnet, zur Weide *oder* Fütterung dienlich. *Legeltetéſre-való.*

† Paſquillus, i, m. V. *Libellus famoſus.*

Paſquinus, i, m. *Nom. propr.* Sutoris romani, qui domi ſuæ ſtatuam ſervabat à multis eidem affixis infamibus ſcriptis celebrem. Hinc Appellativè *Paſquinus*, vulgo *Paſquillus.* V. *Suo loco.*

Paſſer, ĕris, m. Cic. *Vrabecz.* r. Spatz. *Veréb.* plures ſunt paſſerum ſpecies: *ut* paſſer ſylveſtris ſeu torquatus; paſſer aquaticus; paſſer marinus, ſeu Avis lybica omnium avium maxima, quæ proprio nomine *Struthiocamelus* dicitur. *Plaut.* 2. Transl. paſſer *pro* homine venereo ponitur. Hinc *prov.* paſſere ſalacior. 3 *Lotrak, plochicza riba.* s. Plateslein. *Széles vékony hal, Platajtz tengeri hal.* Plin.

Paſſercŭlus, i, m. Cic. *Vrabchecz, Vrabchich.* Kleiner Spatz. *Verebetske.*

Paſſĕri-

Paſsĕrinus, a, um, Pompon. *apud* Non. *Vrabcbji.* Zum Spatz gehörig. *Verébi.*

Paſsĭbĭlis, is, *com.* le, n. Arnob. *Terpeti mogucb, podloſen muki, mucbliv.* Der leyden kan. *Szenvedbetö.*

Paſſibilĭtas, atis, f. Arnob. *Mucblivoſzt, terpeti mogucbnoſzt.* e. Fähigkeit etvvas zu leyden. *Szenvedbetés.*

Paſſim, *Adv.* Cic. *Ovud-onud, Ovde-onde, ſzkoro vſzagde, kaj-gde, kaj-kud, kaj-kuda, ſzkoro vſzagda* ali *vſzegdar.* Hin und her, da und dort, ſchier allenthalben, gemeiniglich. *Imitt-amott, ſzéllyel, Majd mindenütt, Tſak nem mindenkor.*

Paſſio, onis, f. Apul. *Terplenye, podnaſſanye.* Das Leyden, Dulten. *Szenvedés.* 2 Speciatim. *Zburkanye,* ali *genenye kakvoga chutenya nuternyoga, Pobotenſztvo, Nagloſelnoſzt.* e. Gemüths-Bevvegung. *Indúlat, Felháborodás.*

Paſsīvè, *Adv.* Priſcian. *id eſt* More paſſivorum, *ita grammatici.*

Paſsīvus, a, um, Arnob. V. *Paſſibilis, patiens.* 2 idem ac paſſionem ſignificans. *Terplenye znamenujuchi.* Das Leyden bedeutend. *Szenvedéſt jelentö.* Verba paſſiva. *Priſcian. cum gramm.*

✝Paſsūla, æ, f. Minores paſſulæ. *Drobno cherno grozdiche,* Kleine Roſinen, Weinbeerlein. *Apró fekete ſzölöcske.* Major paſſula. *Szubo grozdje.* Zibebe, lange Roſin. *Maloſa ſzölö, aſzſzú ſzölö.*

Paſſum, i, n. *Varr.* Vinum eſt dulce ex uvis paſſis. *Szladko vino iz ſzuboga grozdja zpreſſano.* Süſſer Wein, ſo aus Zibeben gemacht vvird. *Maloſa ſzölöból tſinált édes bor.*

Paſſus, a, um, (*à* pando) Cic. *Razvit, razpuſchen, zpuſchen, razpreſztert, razſſiren, raztepen.* Ausgevvickelt, von einander gethan, ausgeſtrecket, ausgeſpannt, ausgebreitet, zerſtreuet. *Kiſejtett, kinyújtatott, feſzittetett, kiterjeſztetett.* Synon. *Explicatus, extenſus, extentus, porrectus, patens.* paſſis velis pervehi: *pro* expanſis. *Cic.* paſſus capillus. Terent. *Razcheſzani, razpuſcheni laſzi.* Zerſtreuetes Haar. *Kiterjeſztetett haj.*

Paſſus, a, um, (à patior) Virg. *Ki je terpel.* Der gelitten hat. *Szenyvedett.* Hinc *Uva paſſa,* quæ in vite diu retenta, & poſt vindemiam rurſum ad ſolem ſuſpenſa ejus ardorem paſſa eſt. *ità Plin.* Sunt, qui *paſſam uvam* ex eo dici putant, quòd ad ſolem pandatur: *q. d.* Uva expanſa. V. *paſſula major.* Hinc iterum ductâ *metaphorâ* dicuntur ſenes paſſi: *pro* exſucci, exſangues. *Lucil. apud Non.* Lac paſſum: *pro* coctum. *Ovid.*

præpoſtĕrus, a, um, Cic. *Synon.* Inverſus, perverſus, confuſus, perturbatus, inordinatus. *Naopak obernyen, prevernyen, nereden.* Verkehrt, hinderſt zu vörderſt, umgekehrt, unordentlich. *Viſzſza-fordúlt, rendeletlen.* 2. *V. Adverſarius, Contrarius.* Omnia naturæ legibus præpoſtera ibunt. *Ovid.*

præpŏtens, entis, *om.* Vid. *Valde & potens, multum & potens.* Terrâ, Marique præpotens. *Cic.*

præpŏtentia, æ, f. Tertull. *Magna potentia.*

præprŏpĕranter, Adv. Lucret. *&c.*

præprŏpĕrè, Adv. Liv. *Prenaglo, prevech bitro, kruto berzo.* Sehr eilig, gar zu ſchnell. *Igen ſietve, Felette ſietve.*

præprŏpĕrus, a, um, Cic. *Prenagel, prebiter, preberz, kruto bitechi, prenaglen.* Gar eilig, gar ſchnell, voreilig, gar zu ſchnell, übereilt. *Igen gyors, Felettéb gyors.*

præpūtĭum, ii, n. Juven. *Predárja kožica na ſzrámu chlovechjem muskoga ſpola, koju Turczi y Sidovi obrezati csini; y zato ſze obrezanczi zovu.* Die Vorhaut an dem Männlichen-Glied. *Férjfiú ſzemérmetes teſtnek első bőrö-kéje.*

præquĕror, ĕris, &c. Ovid. *Ante* vel *Multum queror.*

prærăbĭdus, a, um, Senec. *Valde rabidus.* Alii legunt *prærapidus.*

prærădio, as, &c. Ovid. *V. Ante* vel *valde & Radio.*

prærādo, is, &c. Cato. *V. Rado, Abrado N. 1.*

prærancĭdus, a, um, Gell. *V. Valde & Rancidus, obſoletus.*

prærăpĭdus, a, um, *V. Valde & Celer.* Fuga prærapida. *Silius.*

prærigĭdus, a, um, Quintil. *V. Valde & Rigidus.*

prærĭpio, is, ere, ĭpui, reptum, [Act.] Cic. *Prevjemlyem, preodtimam, z-ſzilum preotimam.* Zuvor hinvveg nehme. *Elöle elragadom, Előbb elragadom.* Vid. *præoccupo.* 2. V. *Anteverto, prævenio.* Conſilia hoſtium præripere: *pro* prævenire. *Cic.*

prærōdo, is, &c. Colum. *V. Perrodo, Ante & Rodo.*

prærŏgātīva, æ, f. Cic. *Prauda predpoſztavlenya, oblaſzt y vrédnoſzt pred drugemi kaj govoriti, chiniti, odluchiti &c. perveche.* Das Recht der *Vorziehung,* r. *Vorzug.* Rang. *Előbb jus, Törvény,* vagy *hatal-* *maſok előtt valamit mondani, tselekedni, igazgatni &c.* 2. Tranſl *V. Auctoritas, præeminentia, præſtantia, privilegium.* ità Ulp.

prærŏgātivus, a, um, Cic. *Prednyi, perveche vu kakovom dugovanyu imajuchi.* Einen *Vorzug* habend. *Előbb rendü, Felyebb-betsülendő.* Tribus prærogativa: *id eſt* jus præcedendi habens, quæ ante Tribus jure vocatas ſuffragium ferebat. *Cic.*

prærŏgo, as, are, avi, atum, (Act.) Cic. V. *Ante & Interrogo, priùs & Rogo.* 2. apud Ulp. *Napervo dájem, predplácham.* Vorhin gebe, voran bezahle. *Idő előtt megadom, meg-fizetem.*

Prærumpo, is, ĕre, rūpi, ruptum, (Act.) Ovid. *Pervo-terem, predíram.* Vorhin zerbreche. *Elöl-eltöröm, ſzakaſztom.* Item V. *perrumpo, rumpo.* Stuppea prærupit phrygiae retinacula puppis. *14. Met. v. 547.*

præruptus

Præruptæ, orum, n. *plur.* Plin. V. *præcipitium.*

Præruptè, *Adv.* Plin. *Szterme*, *ſztermno*, *vrato-lomno, naglo.* Jähling. *Meredeken, magaſan, hirtelen.* Vid. *Abruptè.*

Præruptus, a, um, Cic. *Szterm*, *ſztermovit*, *teſek za hodenye, nagel.* Sticklicht, übel zu ſteigen, Jäh. *Meredek*, *magas.* Vd. *Præceps N.* 2. Viæ præruptæ. *Curt.* Collis præruptior. *Colum.* Saxa præruptiſſima. *Hirt.*

Præs, prædis, m. *Jemacz*, *poruk za duſnika.* Bürg für einen Schuldner. *Feleſ* *kezes.* Vid. *Fidejuſſor.* Vas propriè dicitur, qui vadimonium promittit pro altero in re capitali, præs verò in re nummaria. ità *Auſon.* Vendere prædes. Cic. *Blago porukov prodati.* Die Unterpfänder verkauffen. *A' kezeſek javait eladni.* 2. Transl. V. *pignus N.* 1. Cùm ſex libris tanquam prædibus me obſtrinxerim. *Cic.*

Præsâgio, is, îre, îvi, îtum, (Act.) Cic. *Dojduchà pervo chutim, zpoznávam*, *znamenujem, prechütim, v-pamet jemlyem.* Verſpühre, vermercke, vorbedeute, vveiſſage, ſchvvane. *Elöl-megérzem*, *eſzembe-olſzem, Jövendölök.* Animô aliquid præſagire. *Liv.* Exiguitas copiarum receſſum mihi præſagiebat. *Cic.*

Præsâgior, iris, îri, îtus ſum, (Dep.) *idem.* Jam animus iſthoc dicto plus præſagitur mali. *Plaut.*

Præsâgitio, onis, f. Cic. *Dojduchëb dugovàny prechutenye, pervo zpoznanye, povédanye*, *znamenuvanye, v-pamet jemlenye.* Verſpührung, Vorſagung, Weiſſagung, Vermerckung. *Elöl-megérzés, Jövendölés.*

Præsâgium, ii, n. Colum. *idem.*

Præsâgus, a, um. *Prechutechi*, *pervo zpoznajuchi, dojducha v-pamet jemlyuchi, povedajuchi*, *znamenujuchi.* Der ein Ding verſpühret, etvvas verſpührend, vermerckend, vorſagend, vordeutend. *Elöl-megérzö, meg-jövendölö.* Mens præſaga mali. *Virg.*

Præsâneſco, is, &c. Plin. V. *Ante* & *Saneſco.*

Præsâno, as, &c. Plin. V. *Ante* vel *priùs* & *ſano.* *Citò ſano.*

Præsâucio, as, &c. V. *Ante* vel *valde* & *ſaucio.* Vires præſauciatæ. *Cal. Aurel.*

Præſcâteo, es, ēre, ui, (Neu.) *Krutoſzem pun, obilen.* Ich bin ſehr voll, reichlich angefüllet. *Igen bövölködöm*, *teli vagyok.* Vid. *Abundo*, *valde* & *ſcateo.* Doctrinis omnigenis præſcatens liber. *Gell.*

Præſcientia, æ, f. *Preznanozt*, *preznanye.* e. Vorvviſſenheit, das Vorvviſſen. *Elöbb megtudás.*

Præſcindo, is, &c. V. *Ante* & *ſcindo*, *præcido, divido*, *ſeparo.* Inferiores ſedes præſcindantur. *Vitruv.* Alii legunt *præcidantur.*

Præſcio, is, îre, ivi, îtum, (Act.) Terent. *Pervo-znam*, *previdim.* Vorvviſſe. *Elöbb megtudom.* Vid. *prænoſco, prævideo.*

Præſciſco, is, ĕre, (Neu.) Liv. V. *præſcio, præſentiſco.*

Præſcîtio, onis, f. Ammian. V. *præſcientia.*

Præſcîtum, i, n. Plin. V. *præſcientia*, *prædictio*, *prædictum.*

Præſcius, a, um, *Pervo-znajuchi*, *preznajuchi.* Vorvviſſend. *Elöbb megtudó.* Item V. *præſagus.* Venturi præſcia vates. *Virg.*

Præſcribo, is, ere, ipſi, ptum, (Act.) Cic. *Napervo piſſem, pervo piſſem, prepiszujem.* Voran ſchreibe, fürſchreibe, vorher ſchreibe, verſchreibe. *Elöl-írok*, *Eleibe-írok.* Nomen libro præſcribere, *id eſt* præponere, ad initium libri ſcribere, inſcribere. *Virg.* 2. *odluchujem.* Vorſchreibe. *Elrendelem.* Vid. *præcipio N.* 2. & 4. *Definio N.* 2. *Determino N.* 1. *Ordino N.* 1. *præſtituo.* Jura civibus præſcribere. Cic. *Zapovedi y pravicze varaſſu prepiſzati*, *poſztaviti.* Einer Stadt Geſetze vorſchreiben. *A' városnak törvényt ſzabni.* Senatui gerenda præſcribere: *pro* proponere. *Id.* 3. apud JCtos *præſcribere* ſignificat in rem quampiam jus obtinere, & ſuam facere, quod contingit toties, quoties aliquis in pacifica rei alieno juri ſubjectæ poſſeſſione, per annos à jure præſcriptos permanet.

Præſcriptio, onis, f. Cic. *Napervo piſzanye*, *prepiſzanye, predpiſz.* e. Vorherſchreibung, Fürſchreibung, Vorſchrifft. *Elöl-írás*, *eleibe-írás.* 2. V. *Norma N.* 2. *Ordinatio N.* 1. *præceptum.* Hæc norma, hæc regula, hæc præſcriptio eſt naturæ. *Cic.* Item V. *prætextus.* Honeſta præſcriptione rem turpiſſimam tegere. *Caſ.* 3. apud JCt. & Quinctil. *Zpunenye vremena od pravicz prepiſzanoga, vu ladanyu ali vſivanyu kakvoga dugovanya, koje po takvem nachinu vſivavecz zadobiva y ſvoje chini.* Verjährte Zeit des Rechts, Verjährung. *A' Törvénytöl ſzabott idö betöltéſe.* Jus præſcriptionis, eſt Exceptio peremptoria ex tempore à legibus definito vim capiens, cujus beneficiô præſcribens Actorem repellit, eique omnem aliam juris viam præcludit.

Præſcriptum, i, n. V. *præſcriptio N.* 1. & 2.

Omnia legum imperio & præſcripto fieri videbitis. Ex communi præſcripto civitatis unamquanque rem adminiſtrare. *Cic.*

Præsĕco, as, are, ui, ectum, (Act.) Varro. V. *Seco, priùs* & *ſeco, pracido.*

Præſegmĕn, ĭnis, n. Plaut. *Odſzek, odreſek.* r. Abſchnitz. *Lemetélt aprólék, Esölék, Metélék.*

Præſens, entis, *om.* Cic. *Szadaſsnyi, ſzadanyi, vezdaſsnyi, ovdeſsnyi, pred-ochni, predſztojechi.* Gegenvvärtig. *Jelen-való, moſtani, ſzem elött-való.* In præſens: *vel* In præſenti. Cic. V. *Modò N.* 1. *Nunc.* In re præſenti: *id eſt* de qua agitur, controvertitur. *Quinctil.* 2. V. *Efficax, Fortis, potens, præſtans, ſubitus.* Vires ad nocendum præſentes: *id eſt* efficaces, potentes &c. *Cic.* Quo non præſentius ullum auxilium venit: *pro* nullum efficacius, &c. *Virg.* Remedium præſentiſſimum: *pro* præſtantiſſimum, potentiſſimum, efficaciſſimum. *Colum.* Animus præſens: *pro* fortis. *Cic.* 3. V. *propitius.* Alicui præſens adſum: *pro* propitius ſum. *Cic.* 4. V. *paratus N.* 1. pro eo tibi præſentem pecuniam ſolvi imperavi. *Cic.*

Præſenſio, onis, f. Cic. V. *præſagitio.*

Præſentālis, is, *com.* le, n. JCt. V. *præſens N.* 1.

Præſentāneus, a, um, Plin. *Kruto berz, sztanovitu jakoſzt zaderſavajuchi, ochiveſztu krépoſzt imajuchi, sztanovit, nezmenkajuchi, ſzeguren.* Augenblicklich, gevviſſe Krafft habend. gevviſs. *Igen ſerény, bizonyos ereju, keſz.* Remedium præſentaneum. Venenum præſentaneum, *dicitur de eo,* quod ſtatim operatur, ſentitur &c. *Plin.*

Præſentārius, a, um, V. *præſens N.* 1. Item V. *paratus N.* 1. Argentum præſentarium: *pro* paratum, quod in promptu, ſeu præ manibus eſt. *Plaut.*

Præſentia, æ, f. Cic. *Nazochnozt, predochnozt, ovdeſsnicza, ovdeſsnozt, ſzadaſsnina, vezda-bitje.* e. Gegenvvart, Gegenvvärtigkeit, Beyhandenſeyung. *Jelen-létel.* Animi præſentia. Cic. V. *Animoſitas, Magnanimitas, Fortitudo.* In præſentia. Cic. V. *Modò N.* 1. *Nunc.*

Præſentio, is, ire, ſi, ſum. [Act.] Cic. V. *præſagio.*

Præſentiſco, is, ĕre, (Neu. *Inch.*) Terent. *Za rana pochinyam chutiti, v-pamet jemati, spoznavati.* Voran zu empfinden, *oder* zu mercken anfange. *Elébb érezni kezdem.* Vid. *præſentio, præſentiſco.* Nonnulli *perſentiſco* pro *præſentiſco* legendum putant.

Præſento, as, are, avi, atum, (Act.) Plin. *Napervo dájem, pred ochi poſztavlyam, ovdeſsnye chinim.* Fürſtelle, vor Augen ſtelle, gegenvvärtig mache. *Elö állatom, jelentem, jelen-valóvá teſzem.* Vid. *Exhibeo, Siſto N.* 1. *Repræſento N.* 1.

Præsēpĕ, is, n. Virg. V. *Stabulum N.* 1. 2. per Synecdochen. *Jaſzlo, Jaſzle.* e. Krippen. *Jáſzol.* ità *Colum.* 3. Transl. V. *Lupanar.* ità Cic.

Præsĕpĕlio, is, &c. Quintil. V. *Ante* & *Sepelio.*

Præsēpes, is, f. Cato. V. *Præſepe N.* 1. & 2.

Præsēpĭa, æ, f. Varro. *idem.*

Præsēpio, is, ire, epſi, eptum, (Act.) *Pregradyujem, okolo gradim, ogradyam, z-plotom gradim.* Vorzäune, umzäune. *Elölkertelem, Békeritem.* Vid. *Intercludo N.* 1. Aditus & itinera, defixis præacutis trabibus præſepire: *pro* præcludere. *Cæſ.*

Præsēpium, ii, n. Apul. V. *Præſepe N.* 1. & 2.

Præſertim, *Adv.* Cic. *Najmre, navlaſztito.* Voraus, bevorab. *Föképen.* Vid. *Imprimis, præcipuè.*

Præſervio, is, ire, &c. Plaut. V. *Servio, Ante* & *ſervio.*

Præſervo, as, are, &c. V. *Ante* vel *priùs* & *ſervo.*

Præſes, ĭdis, *com.* Cic. *Chaſztnik, Nameſztnik, Glavàr, Ladavecz, Szúdecz, Nadſztojnik, Predſztavlenik, Pervesſina.* r. Amtmann, Stadthalter, Land-Vogt, Land-Pfleger, Vorſteher, Præſident. *Tiſztartó, Hely-tartó, Gondviſelö, Gubernáló, Fejedelem.* Adjudicatam præſidem terræ Deam. *Seneca.* 2. V. *Auxiliator, Defenſor.* ità *Liv.* Dii præſides: *id eſt* Auxiliares, tutelares. *Cic.*

Præſicco, as, &c. V. *Bene,* & *Sicco, Ante* & *Sicco.* Succus ſole præſiccatus. *Apul.*

Præſiccus, a, um, Prudent. V. *Valde* & *Siccus.*

Præsĭdālis, is, *com.* le, n. Ammian. *Ad præſidem ſpectans.*

Præsĭdātus, ûs, m. Auſon. V. *præfectura, prælatura, præpoſitura.*

Præsĭdens, entis, m. Tertull. V. *præſes.*

Præsĭdeo, es, ēre, ēdi, eſſum, (Neu.) Cic. *Napred ſedim, pervi ſedim, ravnam, poglavar jeſzem, pervu cháſzt obnáſſam.* Vorſitze, vorſtehe, præſidire, vervvalte; der erſte, *oder* das Haupt bin. *Elöl ülök, valamiben fö vagyok, Igazgatok.* Alicui judicio præſidere. *Cic.* 2. V. *Auxilior, patrocinor.*

Digitized by Google

trecinor. Hic ego tibi præſidebo: *id eſt* præſidio & auxilio ero. *Plaut.*

præsĭdiārius, a, um. *Branitelzki, grado-vojnichki.* Zur Beſchützung gehörig, zur Beſatzung gehörig. *óltalmazásboz-való, vár ôrzô vitézekbez-való.* Milites præſidiarii. *Liv.* 2. V. *præſidalis.* Toga præſidiaria. *Spartian.*

præsĭdium, ii, n. 1. *Vojniki, ali kupchina vojnikov za ſztráſu y chuvanye gráda &c.* e. Beſatzung. Guarniſon. *Segitô vitézi ſereg, vár ôrzô vitézek.* Item V. *Comitatus N.* 1. *&* 2. *Cuſtodia N.* 1. *&* 2. *Excubiæ, Cuſtodes, Excubitores,* Collocare, conſtituere præſidia in arce. Locum aliquem præſidiis firmare, tenere, occupare, obſidere, munire. Aliquem ſatis firmo præſidio defendi. *Cic.* Diſponere præſidia: Dejicere præſidium; introducere præſidium in oppidum. *Cæſ.* Imponere præſidium Civitati. *Liv.* Item V. *Statio.* Collocare armatos in præſidiis. *Cic.* Deducere cohortes ex præſidiis: *id eſt* ſtationibus, excubiis. *Cæſ.* 2. V. *Fortalitium, Munimentum.* Hæc mea ſedes eſt, hoc præſidium ſtativum. *Cic.* Occupare præſidium. *Cæſ.* 3. Transl. & generatim V. *Auxilium, patrocinium, ſubſidium, perfugium, Tutela, Securitas.* Tectus præſidiô firmô amicorum. Alicui contra aliquem præſidio eſſe. Ex aliqua re præſidium ſibi petere. Quærere ſibi præſidia periculis. Latent in tutela ac præſidio bellicæ virtutis. Labenti Reip. præſidium ferre. &c. *Hactenus Cic.*

præſignĭfĭcātio, onis, f. Lactant. *Preznamenuvanye.* e. Vorbedeutung. *Elôl-megjelentés.* Vid. *prædictio.*

præſignĭfĭco, as, are, avi, atum, (Act.) Cic. *Preznamenujem, pervle na znanye dájem.* Vorher anzeige, andeute. *Elôl-megjelentem.* Vid. *prædico, præmoneo, præmonſtro.*

præſignis, is, *com.* ne, n. Ovid. V. *Valde & Inſignis N.* 2. *præſtans, præcellens, percelebris.*

præſigno, as, &c. Cato. V. *priùs & ſigno.* 2. V. *Linio, Ungo.* ità Plin.

præsĭlio, is, ire, lui, *vel* lii, ultum, (Neu.] Plaut. *Prezkakujem, napred zkáchem, napervo pleſſem.* Hervor ſpringe, vorſpringe, vortantze. *Elôl-ugrom.*

præsŏno, (*Alii legunt* perſono) as, &c. Ovid. V. *Ante & ſono, perſono.*

præſpargo, (*Alii legendum volunt* præſpergo) is, ĕre, ſi, ſum, (Act.) Lucr. *Napervo-razſzipávam.* Voran zerſtreue, zuvor ausſtreue. *Elôl-meghintem.* Vid. *Ante & ſpargo.*

præſtābĭlis, is, *com.* le, n. *Comp.* praeſtabilior. Cic. *&*

præſtans, antis, *om.* Cic. *Kruto-verli.* Fürtrefflich. *Jeles, Fô.* Vid. *præſignis, præcipuus.*

præſtantia, æ, f. Cic. *Verlócha, Drèchnozt.* e. Fürtrefflichkeit. *Fôség, Jeles vólta valaminek.* Vid. *præeminentia.*

præſtat, âbat, ſtitit, *Impers.* Cic. *Bolye je.* Es iſt beſſer. *Jobb.* Tacere præſtat philoſophis, quàm loqui. *Cic.* 3. *de nat. Deor.* c. 31.

præſtātio, onis, f. Senec. V. *Exhibitio, Effectio, Datio, Solutio N.* 2.

præſtātor, oris, m. Frontin. V. *Præſtitor.*

præſtĕga, æ, f. Plaut. *Nadkritnik, meſzto pokrito za ſzpomenek, cherdacbecz.* Bedeckter freyer Ort zum Geſpräch halten. *Hijazatos ſedett hely, hol ember beſzéllétſnek kedvéért ôſzve-gyûl.* Alii legunt *præſterga.*

præſterno, is, &c. Stat. V. *Ante & Sterno.* 2. Transl. V. *præparo.* ità Plin.

præſtĕs, ĭtis, *com.* Feſt. V. *præſes, Antiſtes.* Dii præſtites: *id eſt* Lares cuſtodes urbium V. *Lar.* ità Ovid.

præſtigia, orum, n. *plur.* Vid. *præſtigia.* Non per præſtigia, ſed &c. *Cic.* plures tamen legunt *præſtigias.*

præſtigiă, & præſtigiā, æ, f. *Quintil.* præſtigiæ, arum, f. *plur. quod uſitatius eſt.* Cic. *Baboria, ſzleparia, czopria.* e. Vergalſterung, Verbleadung, Zauberey. *Szemfény-veſztés, varáslás.* Vid. *Magia, Incantamentum, geſticulatio.* Item Transl. & generatim V. *Fraus, Illuſio N.* 4. *Impoſtura.* Verborum præſtigiæ: *id eſt* Fallaciæ. *Cic.*

præſtigiātor, oris, m. Plaut. *Bajavecz, Baboracz, ſzlepitel lyudih.* r. Gauckler, Taſchen-Spieler, Leut-Verplender. *Alakos, Varásló, ſzemfény-veſztô.* Vid. *Incantator, Magus N.* 2. *Illuſor, Impoſtor. &c.*

præſtigiātrix, ĭcis, f. Plaut. *Bajavicza, Baboricza, Lyudi-ſzlepitelicza, czopernicza.* e. Gaucklerin, Taſchen-Spielerin, Leut-Verplenderin, Zauberin, Hexe, Drute. *Alakos, ſzemfény-veſztô, ördöngôs, bûbájos-aſzſzony.* Vid. *Geſticularia, Hariola, Incantatrix &c.*

præſtigiōſus, a, um, Gell. *Szleparie, vkanyuvanya, ali czopriepun, ſzleparzki, czoperniohki. &c.* Voll Gaucklerey, Betrügerey, *oder* Zauberey, gaucklerisch, betrügeriſch, zaube-

Digitized by Google

zauberiſch. *Szemfény - veſztéſſel, tſalárdſággal, varátláſſal teli : varátláſos.*

Præſtinguo, is, ere, nxi, nctum, (Act.) Lucr. V. *Extinguo N. 1. Obſcuro N. 1.* Omnem animi aciem præſtinguere. *Vellej.*

Præſtĭno, as, are, avi, atum, [Act.] apud Antiq. idem ac *Emo*. Plaut.

Præſtĭtor, oris, m. Apul. *Davavecz, podavecz, vuchinitel.* r. Geber, Leiſtet. *Meg - adó, Megtſelekedő.*

Præſtituo, is, ere, ui, ūtum, [Act.] *Synon.* præfinio, præſcribo, priùs ſtatuo, Antè determino, præfigo. *Preodluchujem, napervo dokancham, pervle rèd chinim.* Vorher beſtimme, anſetze, anordne. *Elrendelem idején.* Vid. *Definio N. 2. Determino N. 3.* Diem præſtituit operi faciundo kalendas Decembris. *Cic.*

Præſto, as, are, ſtiti, ĭtum, & ātum, *hinc* præſtātūrus, &c. (Neu. & Act.) 1. propriè *Napervo ſztoim, predſztoim.* Voran ſtehe, vorſtehe. *Elől állok. Elötte állok.* ita Lucan. Hinc 2. Transl. & frequenter ponitur pro *præcello. ſupero.* Virtus præſtat cæteris rebus. Totidem annis mihi ætate præſtabat. Inter ſuos æquales longè præſtitit. *Cic.* Quantum Galli virtute cœteros mortales præſtarent: *pro* ſuperarent. *Liv. l. 5. c. 36.* Longè præſtat in arte. *Lucr.* In hac notione ſæpe uſurpatur impersonaliter. V. *præſtat.* 3. Frequentiſſimè ſumitur pro *Do N. 1. Efficio, Exhibeo, Gero N. 2. Oſtendo, Obeo N. 2. perſolvo N. 1. 2. & 3. præbeo &c.* Alicui honorem, benevolentiam, pietatem præſtare: *pro* exhibere, deferre. *Cic.* Munus ſuum præſtare: *pro* obire, exequi. *Id.* Quod promiſi, vix videor præſtare poſſe: *id eſt* efficere, perſolvere. *Id.* Senatoribus quotannis certam ſummam viritim præſtare: *pro* dare, præbere, ſolvere, perſolvere. *Liv.* Eum ſemper te & privatis in rebus, & publicis præſtitiſti, (*id eſt.* Oſtendiſti, geſſiſti, probáſti, exhibuiſti.) tuenda tibi ut ſit gravitas. *Cic.* Se alicui præſtare: *id eſt* Aditum alicui ad ſe præbere, *vulgo* audientiam dare. *Pompon. JCtus.* 4. V. *Caveo, Fidejubeo, Manuteneo, Conſervo &c.* Atque hæc notio familiariſſima eſt Ciceroni. *ut:* præſtare alicui damnum. Cic. *Tugyi kvar naſze vzeti.* Eines ſeinen Schaden auf ſich nehmen. *Valaki kárát magára venni.* Sic dicitur præſtare alicui noxam periculum, &c. *pro* in ſe recipere, & veluti vadem ſe conſtituere, ſi quid noxæ, aut periculi in te ſit, *Id.* Communem & incertum caſum nullo pacto præſtare poſſumus: *pro* præcavere, cavere, vitare. *Id.* Horum non modò facta, ſed etiam dicta præſta da ſunt: *pro* Fides, cautela & quaſi vadimonium tuum interponendum eſt, *ſeu* tu in te recipere & fidejubere debes. *Id.* Se præſtare incolumem. Remp. præſtare: *pro* conſervare. *Id.* Fidem promiſſi præſtare: *vel* promiſſum præſtare: *pro* explere, vel ſervare. *Liv.* Adverte in hac quarta notione adhiberi ſupinum *præſtatum cum derivatis*, in aliis verò *præſtitum*.

Præſto, *Adv.* vel, ut aliis placet, *Nomen Indecl. gen. om.* Cic. *Ovde, nazochi, gotovo, pripravno.* Da, zugegen, gegenvvärtig, vorhanden. *Jelen, legottan, ſzemtől-ſzemben.* Conſtruitur cum *ſum*, vel *Adſum*. & ſignificat 1. idem ac *Adſum*, *præſens ſum, paratus ſum, in promptu ſum.* Præſto adſum, præſto Sum. Terent. *Ovdeſzem, evoſzem, evo me, evo me.* Da bin ich. *Itt vagyok.* Ibi mihi præſto fuit cum litteris & mandatis: *pro* occurrit, obvius factus eſt. *Cic.* Item V. *Advenio, Compareo N. 1.* Hirundines æſtivo tempore præſto ſunt, frigore pulſæ recedunt. *Auth. ad Her.* 2. Metalepticè V. *Auxilior, Juvo.* Multis præſto fuit: *pro* opem tulit, præſidio fuit. Cic. *Vnogim je na pomoch bil, vnoge je pomogel.* Er hat vielen Hülffe geleiſtet. *Sokaknak ſegedelmül volt.*

Præſtōlor, aris, ari, atus ſum. (Dep.) *Chakam, Nadeamſze.* Warte. *Várom, Leſem.* Vid. *Expecto.* Aliquem præſtolari: & *nonnumquam* Alicui præſtolari. *Cic.*

Præſtringo, is, &c. Plin. V. *Perſtringo N. 1.* 2. V. *perſtringo N. 4. Hebeto.* Mentis aciem præſtringere. *Cic.* 3. Vomere portam capenam pene præſtrinxiſti: *pro* raſiſti, tranſeundo attigiſti. &c. *Cic.* plerique tamen legunt *perſtrinxiſti.*

Præſtruo, is, ere, uxi, ctum, (Act.) V. *Ante* & *Extruo N. 1. priùs* & *Ædifico N. 1.* Cùm præſtructum utrunque conſulto eſſet. *Sueton.* Hinc Transl. V. *paro N. 1. præparo.* Agmina priùs duris exerce ſtudiis, & ſævo præſtrue Marti: *pro* inſtrue, para, præpara. *Liv.* 2. V. *Obſtruo N. 1. præcludo.* Aditum montis obice præſtruere. *Ovid.*

Præsūdo, as, &c. Claudian. V. *Ante* & *ſudo.*

Præsŭl, ŭlis, m. *Apud veteres* princeps erat ſacerdotum Martis, quos *Salios* à ſaliendo appellabant, dictus præſul, quòd ante alios ſaliret. ità *Capitol.* Hinc latè accipiendo 1. V. *Præſultator.* 2. V. *Antiſtes, præſes, Arcu preſ-*

ebipreſbyter, prælatus, i. &c. præſul ſori. *Sidon.* Junone præſule. *Aoien &c.*

Præſulſus, a, um, Colum. *Kruto ſzlan, preſzlan.* Verſaltzen. *Igen ſos.*

Præſultātor, oris, m. Liv. *Napervo ſzkakavecz, kolo-vodya, predpleſzavecz.* r. Vortantzer, Vorſpringer. *Elől-ſzökő, Elől-tántzoló, Tántz oſztó meſter.*

Præſulto, as, are, avi, atum, (Neu.) *Naperva pleſſem, ſzkácbem, kolo-vodim*, peregr. *napervo tánczam.* Vortantze, vorſpringe. *Elől-tántzolok, ſzökőm.* Hoſtium ſignis præſultat. *Liv.*

Præſultor, oris m. Valer. Max. V. *præſultator.*

Præſum, es, eſsĕ, fui, [Neu. *Anom.*] *Synon.* Ante alios ſum, præfectus ſum, curam alicujus rei habeo, Guberno, Adminiſtro, Rego: *Naperva jeſzem, perviſzem, predpoſztavlyen jeſzem, ſzkerb-imam.* Ich bin anderen vorgezogen, vervvalte, Sorg habe. *Elöljáró vagyok, valamiben fő vagyok.* Vid. *præſideo N. 1.* Admirabili laude per multos annos provinciæ præfuit. *Cic.*

Præſūmo, is, ere, mpſi, mptum, (Act.) V. *Præcipio N. 1. priùs & ſumo, præſagio.* Æternitatem famæ ſpe præſumere: *pro* Anticipare, præcipere. *Tacit.* Supplicium in malos præſumere: *id eſt* malos priùs punire, priùs de iis ſupplicium ſumere, priùs ab iis pœnas exigere. *Id.* Futura præſumere: *pro* præſagire, præſentire. *Senec.* Aliquid animô præſumere: *pro* prævidere, præſagire &c. *Valer. Max.* Spe bellum præſumere: *id eſt* Bellum jam jam futurum animis proponere, prænoſcere. *Virg.* 2. apud ſequioris ævi ſcriptores. *Podſztuplyujemſze, pouſſamſze.* Mich unterſtehe. *Mérészlem, Magamban elbiſzem.* Vid. *Audeo, præfido.* Elatus ſecundis rebus, illicita præſumens &c. *Sulpic. Sever.*

Præſumptio, (*Alii* præſumtio, *& ſic de cæteris.*) onis, f. Plin. V. *Anticipatio N. 1. præoccupatio.* 2. apud Sulpic. Sever. *Podſztuplenye, pouſſanye, obolna prevzetnoſzt.* Das Unterſtehen. r. Ubermuth. *Mérészlés, Maga bittig.* Vid. *Audacia.* 3. apud Cic. dicitur prima ſyllogiſmi propoſitio, quam Dialectici *Majorem* appellant.

Præſumptor, oris, m. Ammian. *Pouſſavecz, podſztuplyavecz.* Der ſich unterſtehet. *Mérészlő, Maga felől ſokat-állító.* Vid. *Audax, præſumptuoſus.*

Præſumptuōsè, *Adv.* Sidon. *Prevecbſze podſztuplyujuch, prevech pouſſano, prevech obolno, prevech zauſſano, zponoſſno, prevech od ſzebe ſzimajuch.* Ubermüthiger-Weiſe, vergreifflicher-Weiſe. *Mérészlve, igen bizodalmaſon.* Vid. *Audaciter prælicenter &c.*

Præſumptuōſus, a, um, Sidon. *Vnogo od ſzebe derſecbi, prevecb ſze pouſſajuchi, podſztuplyiv.* Der ihme ſelbſt zu viel zumiſt, *oder* trauet, vergreifflich, ſich zu viel unterſtehend. *Igen mérészlő, Magáról igen ſokat állító.* Vid. *Arrogans, Audax, ſuperbus, Temerarius, &c.*

Præſuo, is, ere, ui, ūtum, (Act.) Plin. *Naperva ſivam, predſivávam.* Vornen zunähe. *Elébb megvarrom.*

Prætēgo, is, &c. Plin. V. *Ante & Tego N. 1.*

Prætendo, is, ĕre, prætendi, tenſum, *&* tentum. (Act.) Plin. V. *Ante & Tendo N. 1. Ante & Extendo, Antepono, Obduco N. 1.* Segeti prætendere ſepem. *Virg.* Retia prætendere. *Plin.* 2. Transl. V. *Excuſo, prætexo N. 2. Allego N. 1. Oppono N. 1.* Hominis doctiſſimi nomen barbaris moribus prætendere. *Cic.* Lætam ſpeciem fraudi prætendere: *pro* Fraudem lætâ ſpecie contegere. *Claud.* prætendebat, ſe id metu facere. Ignorantiam prætendere: *pro* prætexere, per metum, vel ignorantiam ſe excuſare. *Quintil.* 3. Debitum prætendere: *id eſt* Debitum ſuum eſſe contendere. *Paul. JCtus.*

Prætĕnĕr, a, um, Plin. *Kruto ſzlab, pregingav.* Sehr zart, gar ſchvvach. *Igen gyenge.* Vid. *Valde & Tener.*

Prætenſio, onis, f. 1. propriè. *Naperva razpreſztiranye, raztegnenye, zakrivanye.* e. Fürſpannung, Voran-Ausſtreckung, r. Vorvvand. *Eleibe-vetés, terítés, Nyújtás.* 2. apud JCtos: *Iskanye, potrebuvanye, kakti ſzvojega terjanye.* e. Anforderung, r. Anſpruch auf etvvas. *Magáévá tulajdonítás.*

Prætentātus, ûs, m. Plin. *Naperva zpoznavanye, predkuſſanye, predzezvedanye*, vulgo *perole probuvanye.* e. Vorverſuchung. *Elébb meg-próbálás, Megkíſértés.*

Prætento, as, are, &c. V. *Ante & Tento, priùs experior, Inquiro, Inſpicio.* Idcirco tota cauſa prætentata, atque perſpecta &c. *Cic.* Judicis miſericordia prætentanda eſt. *Quintil.*

Prætenuis, is, &c. Plin. V. *Valde & Tenuis.*

Prætĕpeo, es, &c. Ovid. V. *Ante & Tepeo:* vel *Valde & Tepeo.*

Prætĕr, *præpoſ. cum Accuſ.* Cic. *Synon.* Extra, Excepto, Niſi. *Zvan, Nego.* Ausgenommen,

Digitized by Google

nommen. *Kiokl.* Amicum neminem tibi eſſe video, præter Lucullum. Cic. *Nitakoga nimaß priatela, zvan Lukulla.* Du haſt keinen Freund, den Lucullum ausgenommen. *Egy barátod ſintſen Lukulluſon kiokl.* Item V. *Citra N.* 2. præter voluntatem accidit. Cic. *prez volye ſze je pripetilo.* Ohne Willen iſt geſchehen. *Akaratom nélkül tőrtént.* Item V. *Ultra.* præter ſpem & expectationem: *id eſt* ultra ſpem & expectationem, *ſeu* ex inſperato. *Id.* Item V. *ſupra.* Quod gratum præter modum dicat eſſe. *Id.* Item V. *Contra.* præter civium morem. *Terent.* Item V. *Ante.* præter oculos aliquid ferre: *pro* Ante oculos. *Cic.* 2. ſumitur Adverbialiter pro *præterquam.* Diligenter cavendæ ſunt familiaritates, præter hominum perpaucorum. *Cic.* præter propter, &c. V. *ſuis locis.*

Prætĕrăgo, is, ere, êgi, actum, [Act.] Horat. *Mimo tiram, Dalye mimo gonim.* Fürüber treibe, vveiter vorbey treibe. *Mellette hajtom, által hajtom rajta.*

Præterbīto, as, are, avi, atum, (Neu. *Freq. à* prætereo.) *Guſtokrat mimo bodim, poleg prebadyam.* Offt fürüber gehe, vorbey ſtreiche. *Mellette elmendegelek.*

Prætercurro, is, ĕre, prætercurri, curſum, (Neu.) Veget. *Mimo derchim, poleg dalye techem.* Vorbey lauffe. *Mellette futok.* Chalcedone prætercurſâ: *paſſivè pro* currendo præteritâ, & poſt ſe relictâ. *Ammian.*

Præterdūco, is, ere, duxi, ctum, (Act.) Plaut. *Mimo pelyam, poleg vodim, prèk pelyam.* Vorbey führe, fürüber führe. *Mellette viſzem, által-viſzem rajta.*

Prætĕrĕā, *Adv.* Synon. ad hæc, ultra ea, præter hæc. *Zvan-toga, Viſſe-toga, k-tomu, Joſcbe k-tomu, zverhu toga.* über dieſes, über dem, ſonſt, vveiter, noch darzu. *E' felett, Annak felette.* Vid. *Inſuper N.* 1. Eſt enim Phædri philoſophi nobilis filius, homo præterea feſtivus. *Cic.* Ut tibi uni concedam, præterea nemini: *id eſt* præter te nemini. *Id.* 2. V. *Inſuper N.* 2. *poſtea, poſthac.* ità Virg.

Prætĕreo, is, ire, īvi, & ĭi, ĭtum, [Neu. Anom.] *Mimo idem, poleg prebadyam.* Vorbey gehe, fürüber gehe. *Mellette-Elmégyek.* Villam præteire. *Terent.* 2. V. *Diſpareo, Evaneo, Labor N.* 2. Nec, quæ præteriit, hora redire poteſt. *Ovid.* 3. Hoc me præterit: *pro* hujus oblitus ſum, hoc mihi excidit è memoria. *Cic.* Non me præterit. Cic. *Dobro znam.* Ich vveiſs es vvohl. *Jól tudom.* 4. Sumitur Active, V. *Negligo, Omitto N.* 1. & 2. *prætermitto.* Libidines præterire; *pro* omittere, prætermittere. Cic. Aliquid ſilentiô præterire, *vel abſolutè* Aliquid præterire: *pro* tacere. *Id.* Dignos præterire: *pro* negligere. *Id.* Bonus & ſapiens vir ſuffragiis præteritur: *id eſt* negligitur. *Id.* 5. V. *Effugio, Evito.* Neſcis, quid mali præterieris. *Terent.*

Prætĕrĕquito, as, are, avi, atum, (Neu.) Liv. *Mimo jaſſem.* Vorbey reite, fürüber reite. *Mellette Ellovaglok.*

Præterfĕror, fĕrĕris, ferri, lātus ſum. (Paſs. Anom.] *Mimoſze noſzim, Mimo idem.* Vorbey getragen vverde, vorbey gehe, fürüber paſſire. *Mellette viteten, mellette megyek.* Vid. *pertranſeo, prætereo N.* 1. Simul ac latebras eorum improvida prælata acies eſt. *Liv.*

Præterfluo, is, ere, xi, xum. [Neu.] *Mimo, techem, poleg czurim.* Vorbey *oder* fürüber flieſse. *Mellette folyok.* Amnis mœnia præterfluit. *Liv.* 2. Tranſl. V. *prætereo N.* 2. Voluptas præterfluit. *Cic.*

Prætergrĕdior, ĕris, ĕdi, greſſus ſum, [Dep.] V. *pertranſeo, prætereo N.* 1. Caſtra prætergredi. *Cic.*

Prætĕrhac, *Adv. pro* præter hæc. Plaut. V. *præterea N.* 1.

Præterinquīro, is, &c. Ammian. V. *Inſuper N.* 1. & *Inquiro.*

Prætĕrĭtus, a, um. *Preſſeſzni, proſſaſzni, Minut, kaj je minulo, ali preßlo.* Vergangen. *Elmúlt.* Memoria præteritorum, futurorum providentia. *Cic.* Aliquid in præteritis relinquere: *pro* alicujus rei oblivisci, ſilentiô aliquid præterire. *Id.* 2. *Zapuſchen, zaoſztavlyen, prejden.* Verſäumet, vernachläſſiget, der übergangen vvorden. *Elmulatott, Elhagyatott.* Suffragiis, Ædilitate præteritus: *pro* neglectus, poſthabitus, prætermiſſus. *Cic.* 3. Idem ac *mortuus.* Fas eſt præteritos ſemper amare viros. *Propert.*

Præterlābor, ĕris, &c. V. *Juxta N.* 1. & *Labor N.* 1. *prætereo N.* 1. *præterfluo.* Tumulum præterlabi. *Virg.* 2. Tranſl. V. *prætereo N.* 2. *Elabor.* Definitio enim ante præterlabitur, quàm percepta eſt. *Cic.*

Præterlambo, is, ere, lambi, (Act.) V. *Modicè* vel *Leviter N.* 1. & *Attingo.* Oppidum, quod Moſa fluvius præterlambit: *pro* præterfluendo lambit, attingit. *Ammian.*

Prætermeo,

Digitized by Google

prætermeo, as, &c. Lucr. V. *Juxta N.* 1. & *Meo, præterſluo N.* 1. *prætereo N.* 1.

prætermiſſio, onis, f. Cic. *Mimo puſchanye, prepuſchanye, oſztavlenye.* e. Vorbeylaſſung, Auſſenlaſſung, Unterlaſſung. *Elmulatás, kibagyás.* Vid. *Intermiſſio.*

prætermitto, is, ĕre, ſi, ſſum, (Act.) Cic. *Mimo puſcham, prepuſcham.* Fahren laſſe, untervvegen laſſe. *Kibagyom, Elmulatom.* Vid. *Omitto N.* 1. pœnam prætermittere: *pro* ignoſcere N. 2. *Cic.* 2. V. *Omitto N.* 2. Aliquid prætermittere, *vel* Aliquid ſilentiô prætermittere. *Cic.*

prætermonſtro, as. &c. Gell. V. *præmonſtro.*

præternāvīgātio, onis, f. Plin. *Mimo brodarenye, poleg prevaſanye vuladji.* Das Nebenhinſchiffen, e. Fürüberſchiffung, Vorbeyſchiffung. *Melette elevezés.*

præternāvĭgo, as, are, avi, atum, (Neu.) *Mimoſze vu ladji vozim, polegſze pelyam.* Neben, *oder* fürüber ſchiffe. *Melette elhajókázom.* Aliquem locum prænavigare. *Sveton.*

prætĕro, is, &c. Plin. V. *Tero, Valde* & *Tero.*

præter propter, *Adverbialiter.* Gell. *Okolo, vech ali menye.* Ungefehr, mehr *oder* vveniger. *Mint-egy.* Vid. *Circiter.* Vivere præter propter: *id eſt* Vitam inconſtantem agere, nullámque in inſtituenda vita rationem ſequi: id quod graphicè depingit *Ennius apud Gell. l.* 19. *c.* 10. Imus huc, hinc illuc, cùm illuc ventum eſt, ire illinc lubet, incertè erat animus, præter propter vita vivitur.

præterquam, *Adv.* vel *Conjunct.* Cic. *Negoſzamo.* Ohn-allein, dann, dann allein. *Hanem tſak.* Vid. *præter N.* 1. Eundem ſemper poſt ſe caſum requirit, qui præceſſit. *e.g.* Nemo hæc dixit, præterquam Cicero: *vel* præter Ciceronem. *Nigdo nè to rekel, nego ſzamo Cicero.* Es hat dieſes niemand geſagt, ohn allein der Cicero. *Senki azt nem mondotta, hanem tſak Cicero.* Nulli id placuit, præterquam Cæſari, *vel* præter Cæſarem. *Toſze nikomu ni dopalo, nego Cseſzaru*, ali *zvan Cseſzara.* Daſſelbe hat niemand gefallen, ausgenommen dem Cæſari. *Senkinek az nem tetſzett, hanem tſak Julius Tſáſzárnak.* Jungitur præterea aliis particulis: *e.g.* præterquam quòd: *pro* Niſi quod, præter quòd: item *pro* non modo. *Cic.* præterquam ſemper: *pro* cùm ſemper. *Gell.* præterquam etiam: *pro* non modò ſed etiam. *e.g.* Aquæ verò frigida infuſa, præterquam capiti, etiam ſtomacho prodeſt: *id eſt* non modo capiti, ſed etiam ſtomacho prodeſt. *Cels.*

præterrādo, is, &c. Lucr. V. *prærado.*

prætervectio, onis, f. Cic. *Mimo-vozenye, poleg prevezenye, Mimo-voſnya, prevoſnya.* e. Vorbeyführung, Fürüberfahrt. *Mellette elmenés.* Item V. *Prænavigatio.*

prætervĕho, is, ere, xi, ctum, (Act.) *Mimo-vozim, Mimo-vezem, preváſam.* Vorbey fahre, fürüber *oder* vveiter fahre. *Kotſin, Lovon &c. Mellette elmégyek.* Uſurpatur fere *paſſivè.* Cùm oram Galliæ navibus prætervveheret: *pro* Cum oram Galliæ præternavigarem. *Liv.* Vid. *præternavigo.* 2. Transl. V. *Omitto N.* 1. & 2. *prætermitto.* Quoniam periculoſiſſimum locum ſilentiô ſum prætervectus. *Cic.* 7. *Philip. c.* 1.

prætervertο, is, &c. Cic. *Alii, idque rectiùs legunt* præverto.

prætervŏlo, as, are, avi, atum, [Neu.] *Mimo-letim.* Vorbey *oder* fürüber fliege. *Mellette elrepülök.* Locum aliquem prætervolare. *Cic.* 2. Transl. V. *Celeranter* & *prætereo N.* 1. Sententiæque ſæpe acutæ non acutorum hominum ſenſus prætervolant: *id eſt* antequam intelligantur, effugiunt. *Cic.*

prætexo, is, ere, &c. Plin. V. *Ante* vel *priùs* & *Texo N.* 1. *Attexo.* 2. Transl. ſumitur *pro* Obtendere, Contegere, Cauſam non veram afferre, colorem quærere, vanis argumentis quidpiam excuſare. *Izgovarjamſze, Izgovore nahadyam, kakve takve zroke za zprichavanye napervo-donaſſam, zprichavanya ziskávam.* Fürvvende, etvvas zur Entſchuldigung fürbringe, Deck-Mantel ſuche. *Okul vetem, Mentegetem, külömbféle mentségeket keresek, ſzínnel elöbb vetem.* Ut non prætexat cupiditatem triumphi. *Cic.* 3. V. *Cooperio.* Litora curvæ prætexunt puppes. *Virg.* 4. V. *Ante* & *Ordino N.* 1. *priùs* & *Ordior N.* 1. Sic omnia, quæ &c. levioribus principiis natura ipſa prætexuit: *pro* præordinavit. *Cic.*

prætexta, (*ſubauditur* toga) æ, f. *Duga béla pretkana halya.* Ein langer vveiſſer Rock. *Római vereſes fejér hoſzſzú köntös.* Toga erat alba & oblonga, purpureo prætexta limbo, qua Magiſtratus, & Senatores certis temporibus utebantur: Nobiles verò pueri uſque ad annum ætatis 17. vel 15. & puellæ uſque dum nuberent. ità *P. Manut. ex Cic. aliique.*

prætextātus, a, um, *Synon.* Ad prætextam pertinens,

Digitized by Google

pertinens, *vel* prætextâ indutus. *Dugu pretkanu halyu noſzechi. V-takovi halyi oblechen, takovi halyi ſzliſſajuchi.* Einen langen Rock tragend, mit langen Rock angethan, zum langen Rock gehörig. *Ilyen köntöſt viſelö, Ilyen köntöshöz-való.* Filii prætextati: *id eſt* prætextâ utentes, qui nondum virilem togam ſumpſiſſent. *Cic.* Hinc generatim *prætextati* dicuntur pueri, qui nondum prætextam depoſuerunt: *ſeu* qui decem & ſeptem annos vivendo nondum exegerunt. *Sveton.* Mores prætextati. *Juven.* Verba prætextata. *Macrob.* Ubi, uti & in aliis ſimilibus exemplis, vocem *prætextatus* alii pro *obſcœno, ſcurrili, puerili*, vel *imprudente*, alii pro *caſto* & *pudico*, alii denique pro *Nobili* uſurpari putant: pro diverſitate nempe eorum, qui prætextâ apud Romanos utebantur.

prætextum, ti, n. *&*

prætéxtus, ûs, m. Sveton. *Neiſztinſzki izgovor, zakrivanye iſztine. potmajno zprichavanye, zmiſſlyenih zrokov napervo donaſſanye.* r. Schein, Fürvvand. e. Bemäntelung, Ausrede. *Szin, Szinlés, Fogás, Kigondolt okoknak elöhozáſa.*

prætĭmeo, es, &c. Plaut. V. *Valde & Timeo.*

prætĭmĭdus, a, um, Tertull. V. *Valde & Timidus.*

prætingo, is, &c. V. *Ante & Tingo, Valde & Tingo.* Semina mollit humus valido prætincta veneno. *Ovid.*

prætondeo, es, &c. Apul. V. *Tondeo, Ante & Tondeo.*

prætŏr, ōris, m. Cic. *Veliki Ladavecz, Sudecz, Vojvoda, Glavàr veliki vu varaſſeh y taborzkeh dugovanyah, veliki knéz.* r. Schultheiſs, Vogt, Richter: Obriſter ſo vvohl in Stadts- als Kriegs-Sachen. *Fö tiſztviſelö, Igazgató, Itélö biró, Hadi vezér, Hadi és váröſi fö gondviſelö.* Exactis Româ Regibus iidem erant Conſules ac Prætores, quos progreſſu temporis etiam Judices nominârunt. Summa penes hos erat & belli, & pacis poteſtas; regio enim imperio civilibus juxta, ac militaribus rebus præerant. *ità Cic. l. 3. de leg. &c.* Cùm verò creſcente Rom. potentiâ Conſules bellis ut plurimum diſtinerentur, ideóque rebus civilibus minus intendere poſſent, anno U. C. 388. peculiaris Prætor, qui populo jus diceret, è patriciis eſt creatus: quo tempore & Conſules Prætorum nomen amiſerunt, & alter Conſulum è plebe legi cœpit. Primùm unus duntaxat erat prætor, iſque *urbanus* appellatus; huic ſubinde adjunctus eſt alter, qui multitudinis peregrinorum cauſas diſpiceret, inde *peregrinus* nominatus. Lapſu deinde temporis, quot provinciæ in Romanorum ditionem veniebant, totidem creabantur prætores *provinciales* dicti, qui cum imperio & exercitu miſſi, & jus dicerent, & provincias regerent, & bellum, ſi opus eſſet, gererent. ità *Pompon. l. 1. ff. tit. 2. l. 2.* 2. Hæc vox transfertur ad ſignificandos quosvis alios majores præfectos. V. *Præfectus, Præſes.* ità Tacit. &c.

prætōrĭānus, a, um, Liv. *Sudo-vechnichki, poglavarzki, velikomu glaváru ſzliſſajuchi.* Was den Schultheiſſen zuſtehet. *Fö tiſztviſelöhöz-való. hadi gondviſelöhöz tartozó.* Hinc *prætoriani*, dicti ſunt milites cohortis prætoriæ, quæ ad cuſtodiam corporis Prætoris, *id eſt* Imperatoris deligebatur, & vel ideo cæteras honore antéibat. *Tacit. 2. hiſt. c. 44.*

prætōrĭtius, a, um, Mart. V. *Prætorianus, Conſularis, Judicialis.*

prætōrĭum, ii, n. *Vechnicza, Orſzachka ali Varaſſka hiſa, ſzudo-glavarſzko prebivaliſche; Velikoga Vojvode Dvor.* s. Richt-Haus, Rath-Haus, Land-Haus, eines Land-Vogts-Wohnung, des Feldherrns-Hoff. *Tanáts ház, orſzág vagy város háza, Fö tiſzt háza, hadi vezér ſzálláſa.* Item V. *Auguſtale, palatium N. 1.* ità *Cic. Liv. Quintil. &c.* 2. Meton. *Zpraviſche ſzudczev y ſzvetnikov.* e. Verſammlung deren Richt- und Raths-Herren. *Tanátsbéliek gyülése.* Dimittere prætorium: *id eſt* eos, qui cum prætore ad prætorium convenerant. *Liv.*

prætōrius, a, um, V. *prætorianus.* Cedat conſulari generi prætorium, nec contendat cum prætorio equeſter locus: *id eſt* Nobilitate prima ſit progenies Conſulum, altera Prætorum, tertia Equitum. *Cic.* Vir prætorius: *id eſt* qui præturam geſſit. *Id.* Cohors prætoria. Aſcon. *Cheta vojnikov za chuvanye Vojvode ali drugoga glavára odlucheneh.* Des Feld-Herrns *oder* des Vogts Leib-Garde. *Hadivezér, vagy más fö tiſztviſelö örzésére-való ſereg.*

prætorqueo, es, &c. Plaut. V. *Diſtorqueo, Ante & Torqueo.*

prætrepĭdo, as, &c. V. *Valde & Trepido.* Mens prætrepidans. *Catull.*

prætrepĭdus, a, um, Sveton. V. *Valde* & *Trepidus.*

prætrunco, as, &c. Plaut. V. *Obtrunco.*

prætumĭdus, a. um, Claud. V. *Valde* & *Tumidus.*

prætūra, æ, f. *Synon.* Dignitas prætoris. *Glavarſztvo, ſzudchia. ſzudcztvo, Vojvodſztvo, Chaſzt velitega poglavara vu varaskeb ali taborzkeb dugovanyah poſztavlyenoga.* t. Schultheiſſen-Amt, Richter-Amt, e. Stadt-Voigtey, eines Feld-Herrns-Würde. *Tiſztartóſág, fő goudviſelő méltóſága.*

prævăleo, es, ere, ui, itum, [Neu.] *Jakſi jeſzem. Moguchneiſi jeſzem, vech morem, premorem, vech valyam.* Stärcker *oder* mächtiger bin, mehr vermöge, mehr gelte. *Erőſebb* vagy *hatalmasabb vagyok. többet tehetek, többet érek.* Vires prævalentis populi. *Liv.*

prævălesco, is, ĕre, (Neu. *Inch.*) Colum. *Synon.* Incipio prævalere, validior fio. *Pochinyam jakſi biti, vech valyati, vech mochi.* Anfange ſtärcker zu vverden, mehr zu gelten, mehr zu vermögen. *Meg-erőſebbülök.* Vide *Invaleo N. 1.*

prævalĭdè, *Adv.* Plin. V. *Admodum N. 1.* & *Validè.*

prævălĭdus, a, um, Liv. V. *præpotens*, *Multum* & *Validus.*

prævallo, as, &c. Hirt. V. *Ante* & *Vallo.*

prævārĭcātio, onis, f. Cic. *Preſztuplenye, duſnoſzti prekerſſenye, chaſzti neobnaſſanye.* e. Ubertrettung. *által hágás, megſzegés.* Vid. *Transgreſſio N. 2.* 2. ſpeciatim *Vkanlyivo na ſzudu baratanye, Nevernoſzt vu obtuſenyu.* e. Falſche Handlung, untreue Anklagung. *Szinnel-való tſelekedet, tettető vádolás.*

prævārĭcātor, oris, m. Cic. *Preſztupitel, prekerſitel ſzvoje chaſzti ali duſnozti.* 1. Ubertretter, der vvider ſein Schuldigkeit handelt. *által hágó, Megſzegő, maga kötelesſége ellen tſelekedő.* 2. ſpeciatim. *Vkanlyivi krivcza obtuſitel, kada naimre od krivcza podmiten nyega vu nekojih dugovanyah tuſi. â vu vekſſeh pak laslyivo zprichava.* Der falſch handlet, untreuer Ankläger. *Szinnel-való tſelekedő, tettető-képen vádoló.* Jam vereor, ne prævaricatorem mihi appoſuiſſe videar, qui me non ſolùm meis laudibus ornaret, ſed etiam oneraret alienis: *id eſt* ne videar conduxiſſe accuſatorem colludendi gratiâ, qui me non tam accuſare, quam falſis etiam laudibus onerare videatur. *Cic.* prævaricator Catilinæ quondam, nunc ultor. *Id. in Piſon. c. 10.*

prævārĭcātrix, īcis, f. Hieron. *Preſztupitelicza, prekerſitelicza.* e. Ubertretterin. *által hágó, valamit megſzegő Aſzſzony.*

prævārĭcor, aris, ari, atus ſum. (Dep. *á varicor*) 1. propriè *idem eſt ac* pedibus introrſum retortis incedo, prætergredior. ità *Plin.* Hinc Transl. ad alia: *preſztuplyujem, prekerſſujem, ſzupreti duſnoſzti chinim.* Ubertrette. *által hágom, megſzegem.* Vid. *Transgredior N. 2.* 2 ſpeciatim: *Neverno y vkanlyivo baratchem, z-krivczem-ſze dobro razmem, krivcza na ſzudu zatem nakanenyem tuſim, da pravichnoga vuchinim: z-chalarium obhajam.* Fälſchlich und untreulich handle. einen liſtiglich deſſentvvegen anklage, damit er ſolte gerechtfertiget vverden, neben den Weeg hinfahre, mit der Liſt umgehe. *Tſalárdul tſeleteſzem, valakit tettetve vádolok de hogy megſzabadulyion, valakit tſalárdsággal meg-kerülök.* Vid. *Colludo.* A Catilina pecuniam accepit, ut turpiſſimè prævaricaretur: *pro* ut eum ſub colore & prætextu accuſationis, confictis rationibus, defenderet. *Cic.* Non defendere ſed prævaricari accuſatori: *id eſt* prævaricando ſubſervire accuſatori. *Id.*

prævārus, a, um. Apul. V. *Valde* & *Varus*, *Curvus*, *Obliquus N. 1.*

prævĕho, is, ere, exi, ctum, [Act.] Liv. V. *Ante* & *Veho*, *Antefero N. 1.* Equo prævectus. *Sil.*

prævēlo, as, are, &c. Claud. V. *Ante* & *Velo.*

prævēlox, ōcis, *om.* Plin. V. *Valde* & *Velox.*

prævĕnio, is, ire, vēni, entum, (Act.) *Pervle dohadyam. preſztiſem, pervo dohodim, pretechem.* Zuvor komme, fürkomme. *Elől jövök. Elől-véſzem, Eleit-véſzem.* Item V. *præcipio N. 1. præcurro, præripio N. 2.* Aliquem beneficiô prævenire. Liv. *Koga z-dobro-chinenyem pretechi, preſztignuti:* iliti *komu kaj dobra pervo vuchiniti, nego ſze je nadeal.* Einem mit der Wohlthat vorkommen. *Valakibez elébb, hogy nem kivánná, jó akarattal lenni.* Niſi aliquis caſus conſilium ejus præveniſſet: *pro* præoccupâſſet, antevertiſſet. *Cic.* Gratiam præventam intelligit: *pro* præoccupatam, præreptam. *Tacit.*

præventor, oris, m. Ammian. *Pervle dohoditel, predpribodecz, pretekavecz, previemitel.* r. Vorkommer, Fürkommer, Voran-einnehmer, der zuvor kommt *oder* einnimbt.

einnimbt. *Elöl jöve, Elöl vlot, Eleit vlot.* Item V. *præcurſor.*

præventus, ûs, m. Tertull. V. *præoccupatio.*

præverno, as, are, avi, atum, (Neu.) Plin. V. *Præmaturè* & *Verno.*

præverro, is, &c. Ovid. V. *Ante* & *Verro.*

prævertto, is, ere, erti, erſum. (Act.) *Vu poſzlu, chinyenyu ali preſtimavanyu kaj prepoſztavlyam.* In Thun *oder* Schätzen etvvas vorſetze, vorziehe. *Tſelekedetben vagy betsületben valamit elöl vetek, elöltéſzek.* Vid. *Præfero N.* 2. *præpono.* Neque habes aliquid, quod huic ſermoni prævertendum (*pro* anteponendum.) putes *Cic.* Ne me uxorem prævertiſſe dicant præ Rep. *pro* ne me dicant uxorem prætuliſſe Reip. *Plaut.* 2. V. *prævenio.* Nemo unquam me tenuiſſima ſuſpicione perſtrinxit, quem non præverterim: *pro* prævenerim. *Cic.* Imminentem damnationem voluntario fine prævertere: *pro* prævenire. *Tacit.* Curſu pedum ventos prævertere: *pro* ſuperare, prævenire, præcurrere, antevertere. *Virg.* 3. Sumitur more *Neutrorum.* Cæſar huic rei prævertendum (*id eſt* occurrendum, *vel* providendum eſſe) exiſtimavit. *Cæſ. l.* 7. *B. G.* At ſiquando ad interna præverterent: *pro* diverterent, tranſirent. *Tacit.*

prævertor, ĕris, erti, verſus ſum. [Dep.] V. *Anteverto, præverto N.* 2. *præcedo, prætereo N.* 1. Volucrémque fugâ prævertitur Hebrum: *pro* Volucrem fugâ, Hebrum prætereundo, ſuperat, præcurrit &c. *Virg.* 1. *Æneid. V.* 317. 2 Mandatis rebus præverti volo: *id eſt* volo priùs exequi, quæ mihi mandata ſunt. *Plaut. Merc.* 2. 3. 40.

prævĕto, as, &c. *priùs* & *Veto.* prævetitum namque, &c. *Sil.*

prævexo, as, &c. V. *Ante* vel *Valde* & *Vexo.* Vires prævexatæ. *Cal. Aurel.*

prævĭdeo, es, ēre, vidi, īſum. [Act.] *Previdim, pervo vidim.* Vorſehe, vorher ſehe. *Elébb - meglátom.* Vid. *præſcio, præcaveo.* Tum mem nit præteritorum, præſentia cernit, futura prævidet. *Cic.*

prævincio, is, ire, &c. V. *Ante* & *Vincio, priùs* & *Vincio.* Perinis voluptatibus prævinctus. *Gell.*

præviridis, is, &c. Frontin. V. *Valde* & *Viridis.*

præviſus, a, um, Tacit. *Pervo vidyen, previdyen.* Zuvor geſehen, vorgeſehen. *Eleve - ellátott.*

prævitio, as, &c. Ovid. V. *Ante* & *Vitio, Corrumpo N.* 1.

prævius, a, um, Cic. *Napervo iduchi, preiduchi, predhodliv.* Vorher gehend, vorgehend, vorgängig. *Elöl-járó, út-mutató, kalauz.*

præungo, is, &c. V. *priùs* & *ungo.* Adipe anſerino præunctus. *Cal. Aurel.*

prævŏlo, as, are, avi, atum, [Neu.] Cic. *Napervo letim.* Vorher fliege. *Elöl - elrepülök.* Ut prævolet mihi, quo tu velis. *Plaut.*

præūro, is, ĕre, uſſi, uſtum, (Act.) *Napervo ſgem.* Voran, *oder* vornen verbrenne. *Elöl - megégetem.* Haſtam præuſtam &c. *Liv.*

prăga, æ, f. Geogr. *Glavni varaſs Cheskoga kralyeſztva.* Die Haupt-Stadt Prag in Königreich Böhmen. *Prága fö váras Tſehországban.*

*pragmăticon, *vel* pragmaticum, i, n. Cic. *Obchinzki poſzel, obchinzko poſzluvanye.* Gemeiner Handel. *Köz tſelekedet.*

*pragmăticus, a, um. *Obchinzkeh poſzlov, y navadnoga obderſavanya zpoznanye imajuchi, pravdo - znan, pravicz obchinzkeh znanecz, obchinzkeh pravicz znanyu ſzlſſjuchi.* Des gemeinen Handels Wiſſenſchafft habend, in Rechts-Händeln erfahren, des Handels erfahren, geübt. *Törvényben, perben forgó, Törvényekben - tudó.* Homines pragmatici. Cic. *Lyudi pravdoznani, lyudi obchinzkoga obderſavanya zpoznanye imajuchi.* In Rechts-Händeln erfahrene Leut. *Törvénytételbez tudó emberek.* Sanctio pragmatica. *Odluka iliti odredyenye vu velikeh dugovanyah, koje za obchuvanye obchinzkoga dobra od najvekſseh ſzvetnikov, z-oblaſztjum najvekſsega Ladavcza, kralya &c. je vuchinyeno.* Eine Anordnung von vvichtigen Sachen, vvelche zur Erhaltung der allgemeinen Wohlfarth gehöret, und mit der Vervvilligung des höchſten Regenten, von den höchſten Raths-Collegiis aufgeſetzet vvird. *Orſzág &c. rendeirül - való végezéſek Fejedelem akaratjából.* ità JCti. Libri pragmatici: *id eſt* Libri varias praxes, & conſvetudines communes in ſe continentes. *Gell.*

prandeo, es, ēre, prandi, *vulgo* pranſus ſum, pranſum, (Neu.) Cic. *Obedujem.* Zu Mittag eſſe. *Ebédlem, Ebédet eſzem.* 2. Luſcinias coëmptas prandere: *pro* comedere. *Horat.*

prandiculum, i, n. Feſt. *Mali obed, obedecz.* Ein Mittags - Mahlzeitlein. *Ebédetske.* Vid. *Jentaculum.*

+ pran-

† prandiŏlum, i, n. *idem.*

prandium, ii, n. Cic. *Obed.* Das Mittag-Eſſen, Mittags-Mahl. *Ebéd.* Adverte id, quod nos *jentaculum* dicimus, à veteribus *prandium*, & noſtrum *prandium* ab illis cœnam fuiſſe appellatam. ità *Celſ.* Lautô prandiô aliquem accipere. Alicui ad prandium condicere. &c.

pransĭto, as, are, avi, atum, (Neu.) *Guſzto-krat obedujem, k obeduſsi popoſédam.* Offt zu Mittag eſſe. *Ebéddegelem.* Nequam homines, qui polentam pranſitant. *Plaut.*

pranſor, oris, m. Plaut. *Obedvavecz, k obedu pozvan.* Der zu Mittag iſſet, ein Gaſt der zu Mittagmahl geladen. *Ebéllô Ebédlô.*

pransōrius, a, um, Quinctil. *Obedov, obedu ſzliſſaiuchi, obedzki.* Zum Mittag-Eſſen gehörig, zur Mahlzeit gehörig. *Ebédkori, Ebédbez-való.*

pranſus, a, um, *Act. Signif.* Cic. *Ki je obeduval.* Der zu Mittag gegeſſen. *Ebéllet, Ebédlett.*

* prăsĭnus, a, um, Plin. *Zelen kakti porluk, ali tráva: Travo-zelen.* Lauch- oder Gras-grün. *Zöld-ſzinü, páſit-ſzinü.*

prātenſis, is, *com.* ſe, n. *Tratinzki, ſzénokoſzni, Livadni.* Von der Wieſen. *Réti.* Fungi pratenſes. *Horat.*

prātŭlum, i, n. Cic. *Tratina, Tratinicza, Szénokoſzicza.* Kleine Wieſe. *Rétetske.*

prātum, i, n. Cic. *Szénokoſſa, Tratta, Livada, Traunik.* e. Matte, Wieſe, s. Graſs-Feld. *Rét.*

prāvè, *Adv.* Cic. *Krivo, Hman, Zlo, neravno, pobablyeno, zvinyeno.* Unrechtmäſſig, über die Gebühr, übel, boſshafftiglich, unrecht. *Gonoſzúl, Roſzſzúl gö·béul.* propriè V. *Obliquè.* Transl. V. *Malè N. 1. Malitiosè.*

prāvĭtas, atis, f. 1. propriè. *Neravnost, zvinyenozt, krivócha.* e. Ungleichheit, Krümme, Ungeradheit *Horgaſság.* Vid. *Obliquitas, gibboſitas.* Membrorum pravitas. Cic. 2. Transl. *Hmanyocha.* e. Boſsheit, Boſshafftigkeit *Gonoſz ág.* Vid. *Malitia N. 1 perverſitas.* Erroribus pravitatis mentes imbutæ. *Cic*

prāvus, a, um, ior, iſſimus, Cic. 1. propriè. *Neraven, zvinyen, sklyuchen.* Ungerech, krumm, ungerad, ungeſtaltet *Horgas. Egyenetlen.* Vid. *Obliquus N. 1. Gibber, perverſus N. 1.* 2 Transl *Hman, na zlo nagnyen.* Böſs, zum Übel geneigt. *Gonoſz, Veſzett* Vid. *Malitioſus N. 1. Malus N. 1. Improbus. N. 1.*

* prāxis, is, & eos, f. V. *Actio N. 1. Operatio.*

prĕcāriò, *Adv.* Cic. *Z-proſnyum, po proſnyi, iz miloſche, proſzech, Molech.* Bitt-vveiſe, bittlich, aus Bitte, aus der Gnad. *Könyörgés által, kéréméſ-ſzerént.* Aliquid precario poſſidere. *Cic.*

prĕcārius, a, um. *Izproſzen, po proſnyi zadobiyen.* Was mann erbethen hat *Engedelemből-való, kérésſel nyert.* Salutem abs ſe peti precariam. *Cic.*

prĕcātio, onis, f. Cic. *Molyba, Molitva, proſnya.* e. Bitte, s. Gebeth. *Könyörgés.*

prĕcātivus, a, um, Ammian. V. *precarius.*

prĕcātor, oris, m. Terent. *Molitel, proſzitel.* r. Bitter, Vorbitter. *Könyörgö, Eſedező.*

prĕcātus, ûs, m. Sidon. V. *precatio, prex.*

prĕcēs, um. f *plur.* Cic. V *prex.*

prĕcor, aris, ari, atus ſum. [Dep] *Molim, proſzim, ſélim.* Bitte, bittlich erſuche, vvünſche. *Kérem, könyörgök, kívánom.* Vid. *Obſecro N. 1. Obteſtor N. 1. Oro.* Deos immortales precari. Incolumitatem alicui precari. Alicui bene, *vel* malè precari. Aliquid ab aliquo, *vel* ab aliquem precari. *Cic.* Quos adorent, ad quos precentur, & ſupplicent. *Liv.* Formulæ *bene precandi.* Quod tibi bene vertat! quod bonum, felix, fauſtúmque ſit! proficiſcere optimis ominibus! perge bonis avibus &c. *malè precandi:* Quod tuo capiti malè ſit! Dii mortuum te perdant! Dii tibi malè faciant! Abi malis ominibus, iratis Diis! Quin abis in malam crucem! &c.

